

5774



R. XXI. S. no. 189.

3
QUADRUPPLUM
ESAIÆ VATICINIUM
PROPHETICUM

I. De Immanuelis nostri ê virgine nati-
vitate ex Esa. VII. 14.

II. De Passione Christi Servi Dei sanctis-
simi saluberrimâ ex Esa. LIII.

III. De Christo Jesu mortis Victore ex
Esa. XXV, 6, 7, 8.

IV. De effusione Spiritus S. in Novo
Testamento per Christum factâ ex
Esa. XLIV, 3, 4, 5.

Quo
ORATIONES THEO-
LOGICÆ

Jussu

Magnifici Scholarchalis Collegii
habendæ intimatæ, ac in subsecutis
Disputationibus materia Disputandi
fuit proposita.

Anno 1657. explicatum, & à Strophis Hugonis
Grotii vindicatum

A

JOHANNES MAUKISCH SS.
THEOL. DOCTORE, EJUSDEMQUE P. P. GY-
MNASII GEDANEN. RECTORE, ET
AD S. S. TRINIT. PASTORE.

Typis VIDUÆ GEORGII RHETII, Imprimebat
DAVID FRIDERICUS RHETIUS.

Generoso Domino

VICE-PRÆSIDI & PROTOSCHOLARCHÆ
Dno. ADRIANO A LINDEN,
Reipublicæ Gedanensis Seniori

PRÆCONSULI &c.

Ut &

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimisq;

Dominis CONSULIBUS, & SCHOLARCHIS,
DNO. NICOLAO â BODECK,

Camerario,

DNO. ADRIANO ENGELKEN,

DNO. JOACHIMO SCHRADERN,

p. r. Prætori,

*Dominis Patronis de Republicâ, Ecclesiâ
Scholiq; summè merentibus*

REs Adversa Viros, Nauceros unda dehiscens,
Aurum flamma probat, duraq; fata fidem.

Hem! servata fides REGI, ceu nobile fulget

Aurum; CYMBA ferox per mare vecta fuit;

Ergo VIROS VOS MET tot tot discrimina rerum

Dicent, & Patriæ pulpita nostra PATRES.

D. J. M.



Enerose Domine Vice-Præses, Senior Praconsul & Protoscholarcha &c. Vosq; Magnifici, Nobilissimi, Amplissimiq; Domini Consules & Scholarcha, &c. Mecenas & Patroni mei permagni.

Quamvis ad omne felicis Regiminis punctum multum intersit in id incidere temporis, quod tacito quasi motu laudabile juvat propositum, laborem urget indefessum, & cum cæterorum bonorum affluentia simul animorum conjungit lubentiam. Non tamen in ejus, qui ad clavum sedet Reipublicæ, manu est, eâ semper potiri felicitate, ut voto nostro pariter obsecudent omnia, ac velut in re quandoque contingit nauticâ, plenis velis ventoq; secundo ad portum sibi speratum humana appellant consilia. Scitum fanè & eruditum est illud Senecæ Epist. l. i. Epist. 85. *Gubernator Tibi non felicitatem promisit, sed utilem operam & navis regendæ scientiam, hæc eò magis apparet, quò illi magis aliqua fortuita vis obstitit.* Idem de viro, qui totius civitatis vel regni gubernat navem, si non eâdem elegantia, certè veritate, dixeris. Siquidem & ipse exoptatum consiliorum omnium successum, non quâ sperat, eâ quoq; facilitate præstare potest. Multa, multa superveniunt, quæ viri prudentis reluctantur desideriiis honestissimis, eumq; sæpiculè variis exercent anfractibus, si adversitatum procellis, ut ipsum

psūm clavum manibus extorqueant, permittere no-
lit. Conatus nihilominus ipse, per ardua tendens,
meretur laudem, ac rei pretium non abundans co-
pia, sed rara industria, & egena rerum necessitas
metitur. In vallium profunditatem si aquarum
se effundant scaturigines, nullus *miraberis*; eò natu-
râ suâ feruntur. Verum si contra indolem suam
ascendant ad montium altitudinem, ut gravitatem
suam quasi exuere videantur, artem Aquilegis *rime-
ris* necesse est. Sic si pacato rerum statu, urbe di-
vitiis civium circumfluente ad nutum Guberna-
toris fluant omnia, habet quod *temporum felicitatem*,
non quod *consiliorum* commendet *dexteritatem*. Eò
namq; ipsi propendent animi, quò suam vult addu-
cere civitatem. Verumenim verò si, bellicâ dif-
ficultate sacra profanaq; turbante omnia, ad altio-
ra enitaris, Tuamq; Rempubicam ad deteriora ver-
gentem mirâ subleves prudentiâ, ac labore perti-
nace statumines, illa ipsa *Te virum ostendet*. Sicuti
Vos, *Generose Domine Vice-Præses & Protoscholar-
cha, Dominiq; Consules & Scholarchæ Nobilissimi,*
Viros hæc temporum laudabit iniquitas, qui divinâ adju-
ti gratiâ *Gedanum* vestrum multis intricatum peri-
culis eâ cum cæteris *Magnificis Dominis Proceri-
bus* rexistis prudentiâ, ut *Regi* fidem servârit, hosti-
um minas posthabuerit, ac in hâc rerum *Prusica-
rum* perturbatione generosæ virtutis constantiâ
multis se tricis & plicis expediverit. Quam Politi-
cæ laudis partem, gratâ exornandam facundiâ,
prænobili Historico Regio, Excellentissimo nostro Domino
Doctore Joachimo Pastorio, &c. Domino Collegæ meo hono-

ratisfimo, velut lampadem trado, ac illa ab ipsius
autumno spero, quæ vernans aliorum scientia multo
promittit hiatu. Scholastica mea *faciens*, de iis ver-
ba *facio*, quæ ad muneris vestri in Ecclesiâ scholisq;
feliciter administrati commendationem, nostriq;
Gymnasilii incrementum *facient*. Civitate sub hoc
bellicotumultu opum decrementum patiente, Gy-
mnasioq; plures in Academiis emittente, paucos ve-
rò ex aliis per vicinam Martis ferociam recipiente,
Deo propitio, vestroq; consilio & favore, non de-
crevit civium erga rem literariam benevolentia,
pro Studiosis pauperibus condens *æcaria*; Non im-
minutus fuit exercitiorum publicorum numerus,
quum hæc ipsâ septimanâ præter lectiones publicas
per æstivas & caniculares etiam molestias strenuè
continuatas, altero die oratio Græca sub *Clarissimi*
bujus lingvæ Professoris, Domini Wolfgangi Rosleuscheri,
Amici & Collegæ mei dilectissimi directione, altero per
me *Disputatio Theologica* publicis in Auditoriis
fuerint habita, ac hætenus cæterorum *Excell. Do-*
minorum Professorum industria tot Actibus Publicis
spectata, cum laude bonorum omnium fidem repe-
riat. Juge precum sacrarum officium, ceu vesper-
tinum olim & matutinum sacrificium, parili pietate
continuatur, ac vota pro publicâ Regni & Civitatis
salute, à tenerâ ætate, calidis suspiriis popliteq;
flexo ad Deum fusa, pacem per Christum pacis Prin-
cipem nostris exambiunt temporibus. Quæ Scho-
lastica Pietas, bonis mentibus & literis maximè
fructuosa, à *Magnifico Scholarchali Collegio* bien-
ni abhinc spatium instituta, ut in multos facta tecta
con-

conservetur annos, vestra suadet prudentia. Quamvis enim publica pietatis exercitia ratione temporis & actus, antequam instituantur, in libertate nostrâ sint posita; Semel tamen erecta & Legi ac gloriae divinæ conformia, Republicæ honorifica, ac Ecclesiæ Scholisq; proficua deprehensa, quamdiu adhuc continuari possunt, intermitteri non debent, nisi cum tempore pietatis & utilitatis promovendæ ardorem deponere, ac quod maledictionem divinam incurrit, opus Domini negligenter facere velimus. Ne vero laureolam in mustaceis quaeritare videar, Magni Nominis Theologi de hâc Gymnasii devotione quàm optimè sentientis sententiam, per literas die V. Julii hujus Anni 1657. communicatam apponam. Hic, ut vir est exacti judicii, sic scripsit: *Dici non potest, quantum me soletur conservatio Gymnasii vestri in hâc urbis vestrae conservatione. Sicuti enim conjuges à conjugibus exemplo ad pietatem asseverant, Ita & parentes à filiis. Neq; poteris futuram ætatem arctius Tibi astringere, quàm obligatione filiorum ad pietatem. Non dubito etiam, quin divina bonitas clades refectura sit, tum in publico, tum privatorum bonis, invocata tot innocentium votis & suspiriis Sed à viburnis ad cupressos, à puerorum suspiriis ad Studiosorum Orationes & Disputationes Theologicas ascendemus. Præterlapso similiter biennio, Magnifice Domine Protoscholarcha & Senior Praeconsul cum reliquis Nobilissimis Dominis Consulibus & Scholarchis prudenter constituisti, ut, quum in cæteris Gymnasii nostrum Academicum operas æmuletur Academicas, nostra Studiosa juvenus festa quoq; solenniora Oratione Theo-*

Theo-

*Theologica celebraret, ac non solum disputando, sed etiam perorando profectus in sacris literis feliciores suis Patronis commendaret. Quod institutum suam quidem non caret difficultate, solidiorem doctrinam requirens; Abundat tamen utilitate, dum istud mentem acuit, linguam format, verborum acquirit elegantiam, rerumque Theologicarum scientiam cum jucunditate instillat. Et licet in Gymnasii cathedra non fulguret Demosthenes, vel Cicero fulminet, eruditi tamen studiosae Juventutis conatus Bonis omnibus, quamlibet rem suo pede ac modulo metientibus, apprimè probabuntur. Absolvi annuo abhinc spatio *Quadruplum Davidis Vaticinium Propheticum*; Hoc anno jam vergente de simili argumento *Quadruplum Esaiæ Vaticinium Propheticum Magnificis ac Nobilissimis Dominis quatuor Scholarchis* exhibeo, fidem facturum publicam, *Magnificum Scholarchale Collegium* ista etiam rerum bellicarum asperitate in literas eruditè augendas & conservandas leniore ferri affectu, suis sumptibus Musarum paupertatem solari, ac in iis, quæ cum laude semel incepta sunt, *Virilem*, hoc est, fortem & constantem tueri animum; Me verò Gymnasii Rectorem in re tam piâ, Gymnasiiq; commodis frugiferâ, Magistratui meo honoratissimo eâ, quâ par est, observantiâ morem gerere, nihil laboris reformidare, & quas viri in officio suo fidelis integritas exigit, partium nullas prætermittere. Hoc igitur levidense munusculum, *Generose Domine Vice-Praeses, Praeconsul Senior & Protoscholarcha de Republicâ civili & literariâ summè merens, Vosq; Consules & Scholarchæ Magnifici, Nobilissimi, Amplissimiq; Patroni Maximi* eâ, quâ hætenus usi fuistis, fronte benevolâ scilicet, meisq; in Gymnasii emolumento promovendo institutis hilariter annuente recipiatis, ac quem totum Vestrae Juventuti deditum cognovistis, eundem *Patres Patriæ* affectu non nisi paterno prosequamini. Pro Vestrae verò *Generositatis & Magnificarum Nobil.* salute, cum quâ & civium & eruditorum felicitas conjuncta est, Precum officium diligentissime persequar, cum pacis *κειμηλίω* hoc à Patre coelesti per Christum exoraturus*

Dantls GYM fLoreblt.

Delineatio Programmatum

In hoc Quadruplo Esaiaë Vaticinio Dn. *Hugonis Grotii*, Magni quidem Philologi, sed scripturas præsertim V. T. insigniter torquentis, errores præcipue notantur.

Vaticinium. I. De Immanuelis nostri conceptione & Nativitate ex Es. VI, 14. Præmissis Fontibus p. 2. recensetur Explicatio Lyrani p. 3. & Grotii Glossa p. 8. quæ refutatur (1) ex scopo & contextu p. 9. (2) ex propriâ & usitata verborum significatione p. 11. (3) ex objectionum vanitate. p. 12. (4) Ex N. T. explicatione (5) ex fidei Analogiâ p. 15. (6) Ex Interpretum consensu p. 16. R. Dn. Daniele Düstervvaldo, Insigniora *Sphalmata* corrigenda.

Pag. 10. l. 12, lege Achazo p. 12. l. 9. וְיִלְדֶתָּ p. 13. l. 20 differentem,

Vat. II. de Passione Christi ex Es. LIII. Confertur Psalmus 23. & c. 53. Es. p. 2. 3. 4. 5. Judæorum citatur Sententia p. 6. Notatur Grotius p. 7. Sententia nostra probatur (1) ex N. T. explicatione p. 9. (2) ex scopo p. 11. (3) ex genuino significato. p. 12. (4) Ex toto Cōtextu p. 29. (5) ex principali doctrinâ (6) ex Interpretum consensu p. 31. R. Dn. Johanne Ozechio,

Sphalmata.

Pag. 13. l. 1 lege v. 18. lin. 3. וְיִשְׁכְּבֶיךָ p. 14. l. 12. וְנָזַר p. 18. l. 19. Prophetici p. 21. l. 16. Arboris p. 25. l. 19 *δικαιῶν*.

Vat. III. De Christo Mortis Victore ex Es. XXV, 6, 7, 8. Accusatur Grotius p. 3. sequuntur Versiones p. 4. Sententia nostra probatur. (1) ex N. allegatione p. 10. (2) ex genuinâ significatione p. 11. (3) ex contextu p. 14. (4) ex absurdis Grotii p. 19. (5) ex consensu Interpretum. p. 20. R. Petro Eccardo.

Sphalmata

Pag. 4. l. 1. explicata. p. 12 l. 24. inferendæ. p. 18. l. 14. 1. Cor. II, 14

Vat. IV. de Effusione Spiritus S. ex Es. XLIV, 3, 4, 5. Laudatâ Petri concione p. 2. subjiciuntur fontes cum Versionibus p. 5. Sententia nostra & Lyrani. p. 8. Heterodoxa Calvinii & Grotii p. 9, 10, 11. Nostra conformis est (1) explicationi Christi p. 12. (2) genuinæ significationi p. 14. (3) Analogiæ fidei p. 21. (4) Toti Contextui p. 22. quibus (5) Calvinii & Grotii explicationes repugnant. p. 23. R. Christophoro Weselovio

Sphalmata

Pag. 12. l. 12. ἰσραηλῖτης p. 15. l. 2. Job. XII, 21, 13. Job, III, 24, 1, 9, Ezech, &c.

317
VATICINIUM
PROPHETÆ ESAIÆ

Immanuelis, Dei & Mariæ Filii,
Conceptionem & Nativitatem prædicens,

Quo
ORATIO THEOLOGICA SOLENNIS

De
DOMINO JESU CHRISTO

Quod sit verus MESSIAS in Veteri
Testamento promissus,

à
DANIELE DUSTER WALDO
Mariæburgô - Prusô.

Die XXX. Januarii Anno M. DC. LVII

Horâ IX, Matutinâ in Auditorio Majori habenda
intimatur.

Ad quam audiendam bonarum Artium
Mecænates,

Patronos ac Fautores,

Dignitatis, Eruditionis ac Generis splendore con-
spicuos, cultu animi debito, ac observantiâ invitatis
Juventutem autem Pietati & bonis literis incumben-
tem illi interesse jubet.

D. JOHANNES MAUKISCH,

S. S. Theol. Prof. Publ. Gymnasii Gedanensis
Rector, & ad S. S. Trinitatis Pastor.

Typis DAVID - FRIDERICI RHETII.



Icut, anno præterlapso, Regio Pro-
phetæ Davidi de Gratiâ & veritate
in *Messia Nativitate, Passione, Resur-*
rectione & post ascensionem Spiritus
Sancti effusione fideliter servatâ quadruplum va-
ticinium præcinenti, aures nostras commoda-
vimus. Ita hoc, bono cum Deo, spacio annuo
Esaie, quem Hieronymus Veteris Testamenti
Evangelistam dixerat, quadruplum de eodem
pietatis argumento vaticinium prælegenti ac-
tendemus. Quas *cantiones & Lectiones* Spi-
tus Sanctus, qui est arrhabo nostræ salutis I.
Cor. I, 22. in cordibus nostris obfignet.

Primum itaq; vaticinium Prophetæ Domi-
no Messie consanguinei, legimus Es. V II, 14.
Cujus vaticinii verba sic è *fontibus* scaturiunt:

לִבְנֵי יִתְנָן יְאֻדְרֵי הוּא לְכֹס אֹת הַיְנָה הָעֵלְמָה

קָרָה וְיִלְדֵת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עֲמֹנֵא

Paraphrasis verò *Chaldaica* hoc modo inter-
pretatur:

בֶּן יִתְנָן יִי הוּא לְכוּן אַתָּא הָא עוֹלְמָתָא

עֲמֵיָא וְתִלִּיד בֶּר וְתִקְרִי שְׁמִיהָ עֲמֹנֵא

Ita LXX *vitalis versio.*

Διὰ τὸ δώσει Κύριος αὐτὸς ὑμῖν σημεῖον, ἰδοὺ ἡ
παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέ-
σεται

3
οεις τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐμμανὴλ. Sic Vulgata Lati-
na: Propter hoc dabis Dominus ipse vobis signum:
Ecce, virgo concipiet & pariet filium, & vocabi-
tur nomen ejus EMMANUEL. Et Beatus Lu-
therus: Darum so wird euch der Herr selbst
ein Zeichen geben: Siehe / eine Jungfrau ist
schwanger / und wird einen Sohn gebären / dem
wird sie heißen Immanuel.

*Evangelista verò Matthæus c. 1, 23. verba
Prophetæ hunc in modum allegat: Ἴδὲ ἡ παρ-
θένος ἐν γαστρὶ ἔξεισ καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσασι τὸ
ὄνομα αὐτῶν ἐμμανὴλ, ὃ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον, μεθ'
ἡμῶν ὁ Θεός. Hoc vaticinii Judæi omnibus mo-
dis enervare conantur, ne ad Christum Dei &
Mariæ filium applicetur. Illorum enim alii
hoc de Ezechia, quos ipse Rab. Salomon & R.
Abenezra refutant; alii verò de Propheta Esaiæ
filio interpretantur. Quam posteriorem sen-
tentiam R Salomon amplectitur; De quo sic
Lyranus super cap. VII. Esaiæ; Propter ista,
quæ dicta sunt, aliqui Hebræi exponunt, Scripturam
istam de Ezechia filio Regis Athas; qui post di-
ctum Propheta natus fuit, ut dicunt, in signum
liberationis regni judæ à prædictis Regibus. Et ad
hoc inducunt, quod habetur infra sequenti capite,
Erit extensio alarum ejus implens latitudi-
nem terræ tuæ, O Immanuel. Ezechias autem*

A 3

fuit

4
fuit Dominus terra post Achas patrem suum. Sed
hoc dictum reprobatur Rab. Sal. per hoc quia Ezechias
erat 25 annorum, quando cepit regnare post Achas
patrem suum immediatè: ut habetur IV. Reg. XLIX.
Achas verò regnavit 16. annis tantum, ut habetur
IV. Reg. XVI. Ergò in principio regni Achas antequàm
diceretur ista Prophetia, Ezechias jam erat natus, &
erat annorù 9. & sic nò potest hæc Scriptura intelligi
de Ezechia. Et adhuc ad dictum R. Salomonis potest
addi, quia secundum ipsum & secundum Doctores Catho-
licos Prophetia ista fuit dicta quarto anno regni A-
chas: Et sic Ezechias tunc non solum habuit 9.
annos, sed etiam 13; Ergò non potest intelligi de
eo: Propter quod R. Salomon dicit, quod hæc pro-
phetia intelligenda est de filiò Esaiæ. Dicit enim
quod Esaias acceperat in uxorem quandam juvencu-
lam: Et quæ jam conceperat de eo. Unde dicit,
quod talis est litera: Ecce adolescentula conce-
pit, & pariet filium. Et hæc denunciatio hujus
partus fuit signum ab eo prædictum: Quia de puero
existente in matris utero nescitur, an sit masculus vel
fæmina: Et ideò quando certitudinaliter prædici-
tur, signum est credibile, quod illud, quod promitti-
tur, ad tale signum sit futurum: Ut sit sensus verbis
Esaiæ: Ecce adolescentula concepit & pariet
filium; Et quando in nativitate ejus videbis
verbum meum verificatum: Scias te à duobus
Regi-

5

Regibus te invadere disponentibus citò liberandum: Et ita fuit, ut iste R. Salomon prosequitur: quia citò post ad petitionem Achas Rex Assyriorum venit in Damascum contra Rasim Regem Syria; & eum interfecit, & populum ejus transtulit in Cyrenem, ut habetur IV. Reg. XVI. | Et eodem anno, ut dicit, Osee filius, Hela conjuravit contra Phacee, filium Romelia, Regem Israel, & eum interfecit, ut habetur IV. Reg. XVI. Ad suum autem propositum confirmandum adducit illud, quod scribitur cap. sequente. Et accessi ad Prophetissam, & concepit, & peperit filium. Ex quo patet, quod ista adolescentula, de cujus conceptu & partu fit hic sermo, fuit uxor Esaia, ad quam accessit maritali affectu. Et puer conceptus, & natus de eà fuit filius ejus: Ad qua deinceps sic respondet: Sed ista expositio non potest stare, quia capite sequenti dicitur de pueronato. Et erit extensio alarum ejus, id est, exercitus Regis Assyriorum implens latitudinẽ terra tua, ò Emmanuel. Et loquitur ibi de terrâ regni Juda, cujus nunquã fuit Dominus Esaia, nec filius ejus. Et sic Emmanuel de cujus conceptione & nativitate fit hic sermo, nõ fuit filius Esaia. Itẽ quod dicit denũtiationẽ nativitatìs pueri in sexu masculino esse signum à Domino promissum, videtur falsum: quia de mandato Domini dixit Esaia: Pete tibi signum à Domino Deo tuo in profundum inferni &c. per resurrectionem mortui vel per

6

aliquam mutationem notabilem & supernaturalem
in cursu caelesti, ut dictum est supra. Et idem dicit
Ra. Sol. & sic illud signum debuit esse aliquod valde
magnum, & excedens totam creaturae facultatem,
cujusmodi non est talis denunciatio: quemadmodum
aliquando Medici experti per aliqua signa & expe-
riencias praecognoscunt sexum pueri nascituri. Et si
dicatur, quod non cognoscunt per certitudinem: ta-
men negari non potest, quin Dæmones praecognoscant
certitudinaliter, cum ad hoc se extendat eorum no-
titia naturalis, quae remansit integra in eis: Et per
consequens tale signum potest certitudinaliter pra-
dici à Diabolo. Item IV. Reg. XVII. dicitur, quod
Osea filius Hela regnare cepit anno 12. Achas, & se-
cundum hoc Phacee, filius Romelia vixit usq. ad 12.
annum Achas: & sic falsum videtur, quod dicit
Ra. Sal. ipsum interfectum ab Osea, eodem anno, quo
natus fuit Emmanuel, qui secundum eum natus fuit
anno Achas 4. vel 5. ad tardius. Item c. II. dicitur:
Antequam fiat puer vocare patrem & matrem,
auferetur fornicatio Damasci, & spolia Samaria co-
ram Rege Assyriorum: Sed non legitur Samaria spo-
liata à Rege Assyriorum ante nonum annum regni
Osea, in quo fuit capta à Salmanasar Rege Assyrio-
rum, ut habetur IV. Reg. XIII. licet Osee ante fuerit
tributarius Regis Assyriorum. Et sic à nativitate
pueri, de quo est hic sermo, quod fuit filius Esaiæ se-
cundum dictum R. Sal. usq. ad captiorem Samariae
fluxe.

7

fluxerunt anni 17. s. 8. de regno Achas, & 9. de Osee, ut
puer per prædicta, quia puer fuit natus 4. anno Achas
vel 5. ad plus. Et Osee cepit regnare 12. Anno Achas,
ut dictum est, ante verò 17. annos puer scit vocare pa-
trem & matrem. Si autem dicatur, quod Osee ce-
puregnare 4. anno Achas, ut dicunt aliqui, adhuc
sequitur, quod puer in spoliatione Samaria habuit 9.
annos, ante quos puer scit vocare patrem & matrem
ad tardius. Item quod assumit ad confirmationem
sui propositi, cum dicitur: Et accessi ad Prophetissam
&c. magis est ad oppositum: ut ostendetur cap. se-
quenti. Quæ prolixius ex Lyrano vel idem re-
censui, quia nostro seculo Hugo Grotius, sententia
Rabbi Salomonis ex orco quodammodo revoca-
ta, se ejusdem erroris in Annotatis Veteris &
N. Test. affinem reddidit. Et sane in Annotatis
N. Testamenti Hugo Grotius, vir in cæteris qui-
dem magnæ, sed Theologiæ sacris immixtus,
infelicis eruditionis, plures paginas in hoc loco
depravando insumsit, ac hypothesin de Claris-
simis vaticiniis V. Testamenti, qualia sunt Psal.
XXII. 19. Psalm. LXIX, 22. Es. IX, 1. Zach.
9. maximè periculofam posuit, scribendo p. 22.
Hæc igitur omnia, & quæ alia sunt ejus generis, suis
locis excutienda, non in vim argumenti propriè ad-
bibentur, sed & ad illustrandam atq; confir-
mandam rem creditam. Huic deinceps appli-
cationem ad hoc dictum subjunxit, & sic de I-
saia

Isaia filio explicuit p. 23. & 24. Est is infans ipsius
 Esara filius, natus ex ea, quae virgo adhuc editi va-
 ticipini tempore, testibus Uriâ ac Zachariâ adhibitis,
 Esara nupsit, quae & ipsa πρὸ Φῆτις fuisse iudicatur.
 Sicut autem cum Regem accederet Esaias, iussus e-
 rat secum ducere filium suum, cui Scheariaschub boni
 ominis nomen ad spem Iudaorum excitandam, indi-
 tum fuerat, ita huic infanti duo nomina sunt impo-
 sita, primum quidem Emmanuel, quo ostenderetur
 Deus ita adesse Esaiam, ejusque liberis, ut quae verbus si-
 gnusque per ipsos essent praenotata, eadem certo eveni-
 rent: Deinde verò Maherschalachasbas, quâ vo-
 ce significabatur brevi imminere Assyrii adventum
 ad spoliandam Syriam ac Samariam. Atque hoc est
 quod ait Esaias, se filiosque suos à Deo datos in signum
 & documentum populi: Vaticinii sui certitudinem
 nullis humanis consiliis impediendam, repetitâ ex-
 clamatione, Emmanuel, velut obsignans. Atque
 hic quidem nobis videtur simplex, primoque obvius es-
 se sensus verborum Esarae, in quibus tamen inesse
 μυστηριῶν de Christo Christum agnoscentibus liquido
 apparet. Nam si omnes liberationes populi Iudaici
 praesagia fuere ejus liberationis, quam Deus per Chri-
 stum erat effecturus, sanè & illa insignis liberatio ab
 obsidione hostili, quam Propbeta promittebat, eò per-
 tinuit. Et hanc quidem sensum Scripturae li-
 teralem pervertendi artem à suo didicit Calvinus
 qui in aliis Scripturae Oraculis, imò illis ipsis jam
 recen-

recen-

9

recensitis dictis, non malè ab Hunnio, *Judaizans* fuit appellatus, quemadmodum in *quadru-*
plo Vaticinio Davidis ad oculum fuit demonstra-
tum. Proinde operæ pretium foret vel maxi-
mè, hoc oraculum divinissimum à strophis *Ju-*
deorum & *Hugonis Grotii* vindicare, ac eviden-
tibus docere argumentis, *sensum literalem, sim-*
plicem & *proprium* de nullo alio, nisi Jesu Chri-
sto, Dei & Mariæ filio, accipiendum esse. Id
quod etiam stabilimus sequentibus argumentis
conjunctim sumtis, & quidem

I. Ex Scopo & Cōtextu hujus vaticinii;
qui est signo hoc miraculoso expavescentes Re-
gis & populi animos erigere, quod Deus non
permissurus sit, ut ex hostium potentissimorum
intentione & minis populus Judaicus cum Re-
ge suo funditùs extirpetur, & eradicetur, quod
ex antecedentibus & consequentibus colligi-
tur. Versu namq; primo & secundo [cum quo
conferes v. 5. 6.] *tum intentio perniciosa Rezini*
Regis Assyriæ, & Peka Regis Israël, qui manus
suas impias ad Hierosolymam oppugnandam,
& Regem Judæ Achazum cum populo suo ex-
cidendum conjunxerunt; tum timor Regis &
populi, qui ad modum foliorum à ventis agita-
torum contremiscebant, describitur: Ad hunc
metum eximendum Deus Prophetam Esaiam

A 5

cum

cum filio Scheariaschub Regi mittit obviam, adversus hos hostes potentissimos, quos tamen per contemptum binas caudas titionum fumigantium appellat, auxilium pollicens v. 3, 4, 5, 6, 7, 8, & totalem excisionem regni Israëlitici interminans v. 9. Ut itaq; Rex populusq; in tanto pavore constitutus, magis de auxilio divino futuro confirmaretur, Propheta ipsius Dei voce & jussu Achazum, ut in tanto tremore signum divinæ liberationis in profundis aut sublimibus seu coelestibus peteret v. 10, 11, 12. Achabo verò per maliciosam hypocrisin hoc etiam recusante, ad domum Davidicam, cui clarissima promissio de Messia ex hac tribu exorundo facta fuerat I. Sam. V 11, 12. Ps. LXXXIX, 36, & Psalm. CXXXII, II. suam convertit orationem, ac pro infinitâ suâ gratiâ ipse Deus signum hoc singularissimum, divinissimumq; de virgineo partu & Immanuele nostro proponit, certo denunciâns, tribum Judæ domumq; Davidicam non deletum, multò minus ab his Regibus brevi excidendis superatum iri, priusquam ille Silo & filius Davidis per tot secula tribui Judæ & domui Davidis promissus nascatur v. 13, 14, 15, 16. In subsequentibus verò deinceps pœnas Achazo gravissimas propter incredulitatem minatur. Jam verò si cum *Rabbi*

Salom.

Salom. & Judaizante Hugone Grotio fingas, ex eâ, quæ adhuc editi vaticinii tempore Virgo fuerat, Prophetæ Esaiæ filium natum fuisse, quid quæso stupendi erit, si ex juveniculâ soboles suscipiatur? Hinc B. D. Lutherus hanc Judæorum glossam à Grotio ad fastidium recoctam graviter flagellat Tom. 8, Jenens. p. 142. & p. 143. Contra verò si verba textus nostri sumas, ut ipse Spiritus Sanctus in N. Testamento explanat, miraculum habes omnium maximum. Hinc alterum argumentum desumemus.

11. *Ex propria & in Scripturis usitatâ verborum significatione. Nam dicitur (a) לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוֹדָה לְכֶם אֵת פָּאυλοϛ ῥίαν propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Propter hoc, ne tota domus Davidica consolatione privetur, hostibus circumfusis minantibus, dabit Dominus ipse, qui promissionem suam de fructu ventris super thronum Davidis ponendo juratam Psalm. CXXXI. II. sanctè servabit Psalm. XXCI. 36, ac sic totam domum David throno regio dejici, & extirpari non patietur; Signū miraculosum, documentum & fundamentum firmissimum foederis sui per tot secula cum Patriarchis initi, quod nulla mens pia, & promissionibus à multis seculis factis confisa negare potest. Ecce [res ab omni seculo inaudita, imisq; sensibus inge.*

ingerenda] (b) *וְהָעַלְמָה* *Illā ipsa virgo, verè abscondita, quam Eva nōndum ab Adamo cognita præfiguravit, ex Davidis prosapiā oriunda, & semen mulieris editura וְהָרְרָה concipiens, prægnans (est) Nam vocabulum וְהָרְרָה non potest esse verbum quū in foeminino haberet וְהָרְרָה sicut & in Chaldaicā paraphrasi est participium præsens מַעֲרִינָה & ita conjunctum cum participio וְהָעַלְמָה reperitur etiam Gen. XVI. 11. Judic. X 11. 5. Jer. XXXI. 8. Et pariens filium, quem cap. XI, v. 6, 7. variis insignit nominibus. LXX, versio reddidit in futuro ἐν γαστρὶ λήψεται καὶ τέξεται. Sic etiam Matthæus c. I. 23. ἐν γαστρὶ ἔξει καὶ τέξεται. Ex quo nihil decedit Fonti Hebræo, quum Spiritus S. ob prophetiæ certitudinem res etiam longè post futuras in præsentī vel etiam præteritō efferat. וְקָרָאתָ quod verti potest vel in secunda persona Kal. ut de Hagare legitur Gen. XVI. 11. Et vocabis; vel 3. personā si contrahatur in ת, de quo vide Thesaurum Buxtorfii p. 238. & sic etiam Chaldaica Paraphrasis habet וְתַקְרִי (c) Et vocabit nomen ejus Immanuel, hoc est, Deum nobiscum, quæ omnia in propriissimā significatione sic de Christo explicantur, ut simili ratione de nullo hominum dici queant.*

¶ 11. *Ex Objectionum Judaicarum vanitate, quum iis vim textus subruere nequeant. Et quidem quoad*

quoad Alma (a) notandum, quod nomen
 עלמא ratione Etymi significet absconditam,
 & nusquam in Scripturis, in quibus tamen se-
 pitus, quater in singulari numero, ut Gen. XXIV,
 v. 43, Ex. II, 8. Prov. XXX, 19. & hoc loco E-
 sa, VII, 14. ac ter in plurali numero Ps. LXIIX.
 26. Cant. I, 3. & c. VI, 8. legitur, de juvenculâ, à
 viro cognitâ usurpetur. Hinc B. noster Luthe-
 rus ait Tom, 8. Jen. p. 142. Kan mir ein Züde
 oder Ebreist weisen / daß Alma etwan in der
 Schrifft etne Frau heisse / der sol hundred Guld-
 den bey mir haben / Gott gebe wo ich sie finde.
 Contra locum quidem Proverb. XXX, 19. ma-
 ximè excipiunt Judæi, illum de meretriculâ ac-
 ciipiendum esse. Verùm si textum penitius ex-
 pendas, vocabulum עלמא de virgine illiba-
 tâ rectè à Megalandro Luthero Tomo cit. p.
 142. f. 2. intelligitur, quum נבר varias struat
 insidias, hujusmodi Alma potiturus. Phrasin
 ipsam eruditè exponit Clariss. Dn. L. Martinus
 Geierus & c. Dominus Affinis meus honorandus
 in Proverb. Salom. p. 1648. pluresq; de eâ citat
 Autores, quem videbis eruditè dissonentem.
 Et hæc significatus perpetuitas cum ipsâ Etymi
 ratione & unanimi Chaldaica Paraphrasis, LXX,
 vivalis versionis, Evangelistæ Matthæi tum in
 Græco tum Syriaco textu, & communi interpre-
 tum clarissimorum expositione collata, quod

Voca-

vocabulum $\eta\mu\lambda\upsilon$ significet *virginem illibatam* fortissimè stringit vicissim cum Judæis *Grotium*, quod ineptè ponat ejusmodi *Alma*, quæ olim fuit virgo, licet deinceps Prophetæ concubium passa, & sic per eum prægnans facta fuerit. Quinimò si deinceps secundum *sensum Mysticum Grotii ad Mariam* $\alpha\epsilon\iota\tau\alpha\phi\epsilon\upsilon\upsilon\upsilon$ applicetur, nervus probationis apud Evangelistam incidetur, & ipsum incarnationis mysterium de virgineo partu evacuabitur. (6) Excipiant deinde *Judæi & judaizantes*, de quibus videas *D. Jac. Martini de Tribus Elobium* l. 3. c. 98. p. 532. & seqq. Mariæ partum post plures quàm 70. annos demum contigisse, & sic signum præsertim *Achasi liberandi* existere non potuisse. Sed respondeo in signis duo esse attendenda. 1. esse *se materiale*, in quantum res sunt. 2. esse *ideale*, seu in quantum rem repræsentant, & hoc modo, quia promissiones *de partu ventris Psalm. CXXXII. II.* domui davidis propter divinæ promissionis infallibilem veritatem erant certissimæ, ac si jam in sensus incurrerent; utiq; promissus partus virgineus potuit esse signum, & quidem signum *universale* non tam impii *Achasi*, sed totius Tribus Judæ & domus Davidis, à *Rezini, Pekæ* & omnium hostium violentâ excirpatione liberandæ. (7) De nomine *Immanuel* minus est difficultatis, quum non sit nomen pro-

prium sed agnomen, & ad Personam & officium pertineat. (d) Falsum est istum puerum, qui hic dicitur Immanuel, deinceps c. II X, vocari Maherschahal chaschbas. & probent igitur eandem esse historiam, quum illo ipso cap. v. 8. & 10. Immanuel ab Isaia filio distinguatur & Cap. 9. ab eodem Propheta *Mirabilis Consiliarius* &c. & Jer XXIII, 4. *Jehova Zidkenu* &c. vocetur Id quod pulchrè interpretatur Matthæus Evangelista, qui prius mandatum de nomine Jesu filio Mariæ imponendo proponit, & deinceps hoc nomen explicat, quod iste puer sit Deus nobiscum, *Deus in carne nostra manifestatus* I. Tim. III, 16. Hinc novum argumentum nascitur.

IV. Ex Novi Testamenti citatione & explicatione. Apud Matthæum expressè provocatur ad hoc vaticinium; Sive jam ex communi interpretum sententiâ hoc Evangelistæ, sive cum doctissimo F. Junio l. Parallelor. p. 596. non incongruè ipsi Angelo ex Propheta Esaiâ suam concionem stabilienti tribuas. Satis jejuna & profana erit Grotii accommodatio, & probationem firmissimam in illustrationem quandâ infirmam convertet. Confer. Luc. I, 31.


IV. Ex fidei analogiâ. Sic enim mirâ venustate explicatur, quomodo Messias dicatur *semen mulieris, quod conterat caput serpentis*. Gen. III, 15. quia videlicet est partus virginis

& secundum humanam Naturam ἀπάτωρ Hebr. VII. 3. ac *filius Dei ex muliere natus* Gal. IV. 4. qui opera Diaboli dissolvat I. Joh. III. 8. Quæ omnia quoq; Angelus apud Lucam evidentissimè explanat, & *Sanctum ex Mariâ natum filium Dei altissimi* appellat Luc. I, 31. & seqq.

VI. Ex communi ipsorum Reformatorum & omnium Interpretum Christianorum cōsensu, cuiquū se unus opponat Grotius, in Civili prudentiâ, quàm Theologica scientia magis versatus, novitatis suæ prodit pruritus, in sacris detestabilem. Proinde Hugonem Grotium cum Judæis mittentes & committentes, ad Programatis hujus scopum deveniemus, ac Orationem Theologicam solennè *de Jesu Christo, quod sit verus ille promissus Messias*, ab Ornatissimo Daniele Dusterwaldō Mariæburgēsi, Magnifici nostri Senatus Alumno, non indoctè conscriptâ & d. XXX. Januarii horâ IX. matutinâ habendâ intimabim⁹: Huic Actui in Salvatoris nostri Jesu Christi gloriam, & juventutis in hoc divinæ doctrinæ genere ædificationē de Consilio Magnifici Scholarchalis Collegii instituto ut Magnifici Domini Patroni, ac Viri omnium ordinū & dignitatū honoratissimi vacivas aurium ædes referent, ac præsentia suæ splendore Juventutis nostræ diligentia provocent, etiâ atq; etiâ rogantur. Nostra verò Juventus florentissima sui memor officii doctrinâ hanc saluberrimâ auribus avidis percipiet. Sed *Pacem, Pacem* divina largiatur Gratia, & nostrum suppleat suspirium:

HO C Lapsis BeLLo IVCCresCent teMpora PaCis.

P.P; Gedani d. 28: Januarii Anno 1657.



32
VATICINIUM ALTERUM
PROPHETÆ ESAIÆ

PROMISSI MESSIÆ
PASSIONEM REDEMPTORIAM

Continens,

Quo

ORATIO THEOLOGICA SOLENNIS,
Devotam Passionis & Mortis,
DOMINI JESU CHRISTI,

Redemptoris nostri,

Meditationem

in hac Hebdomadâ magnâ svadens

â

JOHANNES OTZECHIO,

Gedanensi

Die XXX Martij Anno M. DC. LVII.

Horâ II. Pomeridianâ in Auditorio Majori
habenda

intimatur.

Ad quam audiendam bonarum Artium

Mecænates,

Patronos ac Fautores,

Dignitatis, Eruditionis, ac Generis splendore con-

spicuos, cultu animi debito, & observantiâ invitats

Juventurem autem Pietati & bonis literis incumben-

tem illi interesse jubet

D. JOHANNES MAUKISCH,

S. S. Theol. Prof. Publ. Gymnasii Gedanensis

Rector, & ad S. S. Trinitatis Pastor.

Inter insignia Veteris Testamenti Ora-
 cula, quibus mors & Passio Salvatoris
 nostri Jesu Christi fuit prædicta & præ-
 scripta, duo præ cæteris eminent, videlicet
 Psalmus XXII. & caput LIII. Esaiæ, quæ in hac
 Hebdomadâ Magnâ ad doctrinam de Passione
 Christi solidius explanandam in Christiano cœ-
 tu attentè leguntur, doctè exponuntur, & ac-
 curatè cum ipsâ Passionis historiâ conferuntur.
 Et sanè si Psalmus XXII. cum capite LIII. Esaiæ
 jungatur, prout etiam in vulgatâ versione legi-
 tur, piâq; meditatione ruminetur, maximâ Pas-
 sionis partem in ipsis depictam cernimus. Nam
 (α) de potentissimorum hostium truculentia,
 qui ad consilia pessima ac interna cordis ama-
 rulentia cogitata externam armorum addide-
 rant violentiam, conqueritur Psal. XXII. 13.
*Circumdederunt me vituli multi: Tauri pingues
 obsederunt me* (β) De captivitate & deductione
 ab iniquo iudice ad alterum, donec eum
 in montē Golgatha raptarent, canit Psal. XXII,
 17. *Circumdederunt me canes multi: Concilium
 malignantium obsedit me:* (γ) De magnâ Chri-
 sti patientiâ & sancto in turbâ accusantium
 silentio pulchram tradit similitudinem Prophe-
 ta Esaias LIII. 7. *Oblivus est, quia ipse voluit, & nō
 aperuit os suum. Sicut ovis ad occisionem ducetur,*

♣

3
Et quasi agnus coram tondente se obmutescet. (d)
De contemptu gravissimo, tūm in Prætorio,
tūm in monte Golgatha, habes ipsa verba insultantium Ps. XXII, 7. 8. Ego sum vermis. & nō homo: opprobriū hominū, & abjectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labiis, & moverunt caput. Et confessionem ipsius populi Es. LIII, 32. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum, despectum, & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus ejus, & despectus, unde nec reputavimus eum: Cum quo conjunges caput L, v. 6, 7, in quo sputum & verbera recenset inflicta. (e) Ipsum gestum vociferantium crucifige, crucifige, exprimit Psalm. XXII, 14. Aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens. (f) Crucifixionem ipsis sensibus exponit Psal. XXII, 17. 18. Foderunt manus meas, & pedes meos, diruerunt omnia ossa mea: Ipsi verò consideraverunt, & inspexerunt me. (g) Suspensionem, quā Autor vitæ inter binos latrones pependit medius, Esaias sic describit c. LIII. 12. Cum sceleratis reputatus est Marc. XV, 28. (h) Similiter & intercessionem pro crucifigentibus recenset Es. LIII, 12. Luc. XXIII, 34. Pro transgressoribus rogavit (i) Divisionem & sortitionem vestimentorum Christi sic enarrat, quasi coronæ mili-

4
tum inter fuisset Psalm. XXII, 19. Diviserunt sibi
vestimenta mea, & super vestem meam miserunt
sortem. (κ) Ac, à clamore ad Patrem emisso,
Psaltes sic Psalmum exorditur: *Eli Eli lamma
sabthani*, quibus addi posset querela de potu a-
ceto mixto Psalm. LXIX, 22, & precatio spiri-
tum in manus Domini commendans Ps. XXXI,
6. (λ) Angustias cordis maximas, cum largâ
sanguinis effusione, quæ tùm ante, tùm post
mortem contigit, sic Psalm. XXII, 15, 16. ef-
fundit: *Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt
omnia ossa mea. Factum est cor meum, tanquam
cera liquefscens, in medio ventris mei. Aruit tanquã
testa, virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus
meis, & in pulverem mortis deduxisti me.* (μ) Mor-
tem Esaias dixit fore violentã, instar arboris
excisæ LIII. 6. *De angustia & iudicio sublatu est
generationem ejus quis enarrabit? quia abscissus est
de terrã viventium.* (ν) Ferrum, quo latus per-
fossus est, non filet Psalmista Psalm. XXII, 12.
Erre à framea Deus animam meam, quod Zacha-
rias clarius reddidit c. XII, 10. Joh. XIX, 37.
Aspiciens ad me, quem confixerunt. (ξ) Sepultu-
ram adornat Esaias, & testimonium innocen-
tiæ instar epicedii ponit. *Dabit impios pro se-
pulturã & divitem pro morte suã, eò quod iniqui-
tatem non fecerit, neq; dolus in ore ejus fuerit.* Tan-
dem

5

dem (o) Esaias causam & fructum mortis ver-
bis maximè emphaticis passim inculcat. c. LIII.
v. 4. 5. 6 7. *Verè languores nostros ipse tulit, &*
dolores nostros ipse portavit: & nos reputavimus
eum, quasi leprosum & percussum à Deo & humili-
atum. Ipse autem vulneratus est propter iniqui-
tates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disci-
plina pacis nostræ super eum, & livore ejus sanati
sumus. Omnes nos, quasi oves erravimus, unus-
quisq; in viam suam declinavit: & posuit Domi-
nus in eo iniquitatem omnium nostrum. Quibus
Resurrectio lætissima, ejusq; fructus ex Psalmi-
stæ & Prophetæ verbis posset subjungi Psalm.
XXII, à v. 23. usq; ad finem. Es. LIII, à v. 10. usq;
ad finem. Hæc hæctenus verbis è Vulgata ver-
sione, quibus infra plus lucis accendetur. Quæ
omnia *conjunctim* sumta, uti ad *literã* de Domino
nostro Jesu Christo impleta, ac ad Scripturæ
impletionem facta fuisse pleraque leguntur,
certè per textum Luc. XXIV, 27, 44. intelli-
guntur: Sic neq; de *Davide* in Psalmis, neque
de *Jeremiã* vel *populo Judæo* apud Esaiam pos-
sunt accipi, ut ita hæc bina Oracula cum aliis
Scripturæ argumentis juncta utramque in de-
monstratione veri Messia, quod is sit Jesus Dei
& Mariæ filius, possint facere paginam. Verun-
tamen Judæi, qui gratiam in Messia oblatam re-

jecerunt, in tantam abrepti sunt occæcatio-
 nem, ut hæc omnia prorsus in alienum sensum
 detorquere conitantur. de quib⁹ Paulus ex Es.
 c. XXIX. v. 9 & 10. & Davide Pl. LXIX. v. 23. scri-
 ptat Rom. X.] 7. 8. 9. 10. *Quid ergo? Quod qua-
 rebat Israel, hoc non est consecutus. Electio autem
 consecuta est: ceteri verò excacati sunt: sicut scri-
 ptum est: Dedit illis Deus Spiritum compunctionis:
 oculos, ut non videant? & aures ut non audiant
 usq^{ue} in hodiernum diem. Et David dicit: Fiat mensa
 eorum coram ipsis in laqueum, & in captionē & in-
 scandalū. & retributionē illis. Sentētiæ illorū licet
 in se discrepantes, ad unam tamen veritatē cœ-
 lestem evertendam conspirantes, his verbis
 citat D. Gesnerus Comment. p. 447. in c.
 LIII. Esaiæ: *Judei variis quidem modis conantur
 hoc vaticinium obscurare, dum alii censent, Pro-
 phe am de se ipso, alii de Zorobabele, alij de Estra,
 alij de Jesu summo sacerdote loqui: Usitatus tamen
 in illorum synagogis & publicè recepta apud
 ipsos expositio est, quam tradit R. Salomo & R.
 David, quod sermo hic sit synecdochicus de populo
 Judaico post devastationem templi & urbis in toto
 mundo dispersa, & miserè afflictio. Tradunt enim
 Esaiam per personam quandam vel yncedochē
 totam gentem Judaicam inducere, tanquam unum
 virum, indignissima quæq^{ue} patientem. Hanc de-
 inde**

inde

inde duplici argumentorum genere *interno & externo* solidè refutat; cum quibus conjungi potest eruditissima Cap. LIII. Esaiaë explicatio, quam sub Præsidio Excell. Dn. D. Johannis Hülsemanni &c. Magnificus Dn. D. Jacobus Wellerus, tum temporis Philosophiæ Magister & Facultatis Philosophicæ Wirebergæ Adjunctus, Anno 1634. publicè ventilandam proposuit. Nos, missis Judæis, *Clarissimi Philologi & Politici HUGONIS GROTTII* strophas notabimus, cui meritò à cordatis Christianis & Theologis dica impingitur, quod totum hoc caput LIII. ad Jeremiam violentà & Spiritui S. contrariâ explicatione detorquere conatus sit, ita quidem ut Jeremiam figuram Christi appellitet, nihilominus tamen omnes versiculos à cap. LI I, 7. usque ad finem capituli LIII. de Jeremiâ exponat. Sic enim vers. 7 cap. LI I. exorditur. **Quam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem.**

Quàm pulchrum erit ministerium Jeremia, qui definiet ipsum tempus, quâ Sion rursus habitata florebit? Sed hæc Apostolus Paulus, *Ἐπιπνευστός* Scripturæ interpres, de Apostolis doctrinam Evangelicam de Christo Jesu prædicantibus interpretatur Rom. X, 15. Versu 13. **Ecce intelliget servus meus.** *Hæc o-*

omnia clarissimè sibi revelata cognoscet Jeremias:
figura Christi, ad què hæc refert Chaldeus. Cap. LIII,
Quis credidit auditui nostro, & bra-
chium Domini cui revelatum est?
Est continuus sermo cum iis, quæ præcesserunt capite
precedente & commate 7. Vultis scire, inquit, quis
ille sit futurus, de quo cæpi agere, qui & meis prophe-
tiis plenam habebit fidem, & ipse de maximis rebus,
quas Dei potentiâ peraget, revelationes accipiet ex-
actissimas, omnibus circumstantiis additis? dabo
vobis geminas ejus notas, unde cognosci possit. Hæ
nota in Jeremiam quidem congruunt prius,
sed potiùs sublimiusque, sæpè & magis
κατὰ λέξιν, in Christum. Ubi, hæc li-
mitatione adjectâ, (Hæ nota in Jeremiam quidem
congruunt prius, sed potius sublimiusq., sæpè & ma-
gis κατὰ λέξιν, in Christum,) glossæ quidem duri-
tiem pias Christianorum aures offendentem, e-
mollire conatur: Veruntamen, hoc etiam ad-
misso glossemate, Christianæ Religionis latus
Judaicæ & Socinianæ impietati fodiendum
proditur. Quod si enim ipsis Judæis con-
cedatur, Textum prius & sensu literali agere de
Jeremiâ, licet deinceps potius sublimiusque,
sæpè & magis κατὰ λέξιν, ut Grotius loquitur,
ad Christum applicetur. Judæus priore sensu
rece.

recepto, posteriorem fastidiet, & Socinianus ex illis verbis, quæ de Jeremiâ prius fuerunt expofita, Christi fatisfactionem clariffimè in hoc cap. LIII defcriptam propugnari poffe negabit. Proinde hoc caput LIII, Paffionem Salvatoris nostri Jefu Christi evidentiffimè defcribens, à perversâ Grotii glosâ vindicaturus, probabo, hoc non *per prius* de Jeremiâ, fed fenfu literali de Domino nostro Jefu Christo loqui, multaq; in eo contineri prædicata, quæ nullatenus Jeremiæ applicari poffunt. Idq;

I. Ex Spiritus Sancti in Novo Test. interpretatione. Hoc enim Caput LIII. Efaiz in Novo Testamento conftanter, nunquam de Jeremia vel ejus præconio, fed *semper* de Christo Christiq; doctrinâ allegatur Matth. IIX. 17. Marc. XV, 18. Luc. XXII, 37. Act. VIII, 30. Rom. X, 16. cap. XV, 21. I. Pet. II, 22. & quidem ita ut etiam impletionem restantem in Christo oportuiffe dari afferatur, uti Luc. XXII, 37. ipse Salvator noster versiculū 12. cap. LIII. Efaiz citans, sic loquitur: λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἐτι τὸ το γέγραμμένον δεῖ τελεσθῆναι ἐν ἐμοὶ τὸ, καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογιάσθαι. Vulg. habet: *Dico vobis, quoniam adhuc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Cum* primis autem notandum est c. 8. Actorum v. 30.

A 5

usque

usque ad 36, in quo de hoc ipso capite differitur, ac ab Eunuchō de *subjecto* quaeritur, an *Propheta de se ipso, an verò de alio loquatur* ψ. 34. Ubi Philippus os suum aperiens, & ab hac ipsa *Scripturâ* incipiens, Evangelium de Jesu prædicavit. Verba in fonte sic habent: Ἀνοίξας δὲ ὁ φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ καὶ ἀρχάμεν ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσαστο αὐτῷ Ἰησοῦν. Annon igitur ipsi Filio Dei *de se hoc impleri oportere* dicenti, & Philippo *θεοπνεύσω* *subjectum*, de quo loquatur *Propheta*, monstranti plus fidei tribuamus, quàm homini Philologo & Politico ex suo cerebello glossam fingenti? Cui accedit quod hæc textus evidentiā Clariss. Hugoni Gratiano in *Annotationibus Novi Testamenti*, Notis in *Vet^o Testamentum* & melioribus, & cum Christianâ Religione magis convenientibus, hanc veritatem expresserit: In Marc. c. XV, 28. p. 585. καὶ μετὰ ἀνόμων ἐλογιάθη) ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογιάθη habent LXX, apud Esaiam. Implendum autem hoc vaticinium in se Christus prædixerat Luc. XXII, 37. *verte* liceat: facinorosus annumeratus est. מְחִילָה Hebræi Grammatici eos dici volunt, qui & deliberato & cū insigni quadã perfidiâ delinquunt. ἀνομοὶ alibi dicuntur οἱ ἀλλόφυλοι: hic vero ii, qui nulla juris aut legum divinarū humanarūve reverentia tenentur, δικὴν ἐν χερσὶν ἔχοντες. Totum autem

autem

autem illud *Esaie vaticinium, sicut in Actis Philip-*
pus, ita & vetus Chaldaus Paraphrastes de Messia
exponit. Hinc nova nascitur probatio

II. Ex scopo hujus capituli à Spiritu
 Sancto intento, & in Novo Testamen-
 to explicato. Scriptura sanè non est *ιδίας*
ἐπιλύσεως II. Pet. I. 20. Hinc quando ipse Spiritus
 S. in N. Testamento hoc caput LIII. per *E-*
vangelistas Matthæum, Marcum, Lucam, Phi-
 lippum in *Actis, Apostolosq;* Paulum & Petrum
 allegat, & quidem hoc modo, ut in longioribus
 etiam Textibus citatis ipse nullius Typi men-
 tionem faciat, sed *immediatè* de Christo inter-
 pretetur! Quæ, quæso humani ingenii ambi-
 tio est, *suprà id, quod scriptum est, sapere velle, con-*
tra monitum Pauli I. Cor. IV. 6, ac subiectum a-
liud per prius subornare, ad quod verba miris
modis, non sine ipsius analogiæ Fidei læsione,
torquètur, cùm in sensu proprio & literali de i-
pso Christo loquantur? Petr^o nobis aureã de scri-
ptis Prophetis tradens Regulã, Prophetas de
Passione Christi accuratè describendã maximè
solicitos fuisse, ejusque revelationem à Spiritu
S. accepisse hisce verbis fatetur I. Pet. I. 10, 11.
περὶ ἧς σωτηρίας ἐξεζητήσαν καὶ ἐξηρέυνησαν προφῆ-
ται, οἱ περὶ τῆς εἰς ὑμᾶς χάριτος & προφητεύσαντες.
Ἐβυνῶντες εἰς τίνος ἢ ποῖου καιρὸν ἐδήλα τὸ ἐν αὐτοῖς
πνεῦ-

πνεῦμα χριστοῦ, προμαρτυρούμενον τὰ εἰς χριστὸν πα-
θήματα καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας. Vulg. De quâ
salute exquisiverunt, atq; scrutati sunt Prophetæ, qui
de futurâ in vobis gratia prophetârunt, scrutantes,
in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus
Christi: præunciâs eas, quæ in Christo sunt, pas-
siones, & posteriores glorias. Confirmabimus ita-
que explicationem nostram

III. Ex ipso verborum proprio, & in
scripturis maximè usitato significatu,
quo ad Messiam applicari possunt, quum contra ad
Jeremiam applicanda multis arfraetibus & longâ cir-
cuvione opus habeant, ac phrasî Spiritus Sancti sua
significationis virtute exuatur. Quapropter quum
studiosa Juventus in notis ejusmodi Philologi-
cis Viri autoritate attonita, sæpe numerò falsam
hypothesin pro verâ sententiâ amplectatur,
ipsum cap. LIII. ordine expendemus, & à scho-
liis, illotis manibus illatis, purgabimus. Incipie-
mus verò à ὕ. 13. capituli LII.

ὕ. 13. Ecce intelliget servus meus) HUGO
GROTIUS, Hæc omnia clarissimè sibi revelata
cognosce: Jeremias: figura Christi, ad quem refert
Chalæus R. Sed hæc commodius de Christo
intelliguntur. LXX. habet ἰδὲ ὁ παῖς μετὰ συνήθει
verrens עֶבֶד servum per παῖς puerum, seu fili-
um, uti etiam factum est EC. XLII, ὕ. 1. collato
cum

cum versu 28. Matthæi c. XII. Christo verò nomen servi quoq; in statu exinanitionis commodè tribuitur per Textus Matth. XX. 28. Phil. II. 7. *Prudenter age!* יִשְׁכִּיל quod significat ita prudenter agere, ut felix & exoptatus Eventus actioni respondeat. Sic legitur de *Davide* per Dei gratiam prudenter & feliciter agente I. Sam. XIX. 14, 15, 30. D. Lutherus reddidit eleganter sich klüglich halten / & *Hiskia* pientissimo II. Reg. XIX, 7. & 8. quo in significato etiam accipitur de *Josuâ* Christi Typo Jos. I. 7. 8. 9. Imò ipse *Jeremias* Messia, ceu *Jehova* Zidkenu, actiones hoc vocabulo describit. Jer. 23, 6. Ubi notam subjicit elegantem *Wellerus*: *Tacita* verò est oppositio inter Christum & *Adamum*, qui putabat fructum arboris vetitæ conducere להשכיל *ad prudenter agere*. Verùm pessimè deceptus non השכיל sed הסכיל h. e. *non prudenter sed stolidè egit* Gen 111, 6.

Exaltabitur, & elevabitur & sublimis erit valdè] H. G, In magno honore erit apud ipsos Chaldaeos vide Jer. XXXIX. in fine & XL. & Sed illa Jeremiæ liberatio quàm frigida est ad exaltationem Christi Phil. II. 9, 10, 11. Eph. I, 20, 21, 22?

v. 14, 15. Sicut obstupuerunt super se multi, sic inglorius erit in viros aspectus ejus, & forma e-

jus

ius inter filios hominum] Modò secunda, modò ter-
tia persona de Jeremiâ loquitur, quod frequens He-
braeus. Sicut multi mirati erant hominem tam e-
gregium tam fœdè tractari, detrudi in carcerem, de-
inde in lacum lutosum, ibiq; & pudore & cibi inopiâ
contabescere, sic contra rebus mutatis admirationis
erit honos ipsi habitus.

Iste asperget gentes multas] In Hebræo: sic as-
perget, ut respondeat illi sicut quod præcessit. Mul-
tos ex gentibus ab idolorum cultu avertet. Simili-
tudo sumta ab aspergionibus legalibus: unde & Chal-
dæis: ܐܫܦܪܓܝܢܐ est objurgare. At LXX. habent ὄψω
θαυμάσονται ἔθνη πολλὰ ἐπὶ αὐτῶ, non malè. Nam
mirari est veluti aspergi fulgore alicujus.

Continebunt Reges os suū Reges [ut Nabuchodonosor
Chaldaorū, Nechos Ægyptiorū, eorūq; satrapæ admi-
rabuntur cū silentio, ubi videbunt omnia quæ dicit
Jeremias ita ad amussim, & suis tēporibus impleta.
& Sed quantò rectius & evidētius hæc ad Messia
exinanitionē & exaltationem inter se compa-
ratam hoc modo explicantur. Sicut obstupue-
runt super te (Messia) multi (spectantes scil. passi-
onem tuam acerbissimam & dicentes.) כִּן מִשְׁחַת
מֵאִשׁ מִרְאֵהוּ וְהִתְאַרּוּ מִבְּנֵי אָדָם
Hebræâ ad literam dicuntur: Sic corruptio præ
viris aspectus ejus & forma ejus præ filiis hominum.
[quod idē significat ac ita corruptus erat aspe-
ctus

ctus

15

aus ejus, ut ne amplius virilem speciem haberet & deformior esset contemptissimis hominum, ut fiat oppositio inter viros & filios hominum Psal. LXII. 10. D. Lutherus: *Wett seine Gestalt heßlicher ist / denn ander Leute / und sein Ansehen / denn der Menschen Kinder.* Et ita loquitur Ecclesia capite subsequente v. 2. & 3.) *Sic asperget gentes multas, continebunt Reges os suum:* Sensus est commodus: Sic prædicatione Evangelii, & per eam aspergine sanguinis sui (I. Pet. I, 2.) replebit gentes multas, ut etiam Reges, sanctitatem & dignitatem ejus demirati, sint os occlusuri, uti plures à Gentibus conversi, Christum ceu Dominum suum adorârunt, quod optimè convenit cum versu subsequente. *Qui non audierunt, intellexerunt*) H. G. In Hebraeo. *Qua non audierunt* (ab astrologis & magis suis) *haec intellexerunt* ab ipso prævisa. R. Integer versiculus sic sonat: *Quia quibus non est narratum (eis) viderunt, & qui non audiverunt (scil. antea) intellexerunt,* quæ non de Jeremiâ, sed Mesîâ inter gentes prædicato accipienda esse Paulus docet Rom. XV, 21, suum Evangelium gentibus prædicatum hoc dicto confirmans.

Cap. LIII, 1. jam à fidelibus gentibus se convertit ad Judæos infideles dicens: *Quis au-*

1619

*tem credit auditui nostro, & brachium Domini cui
 revelatum est? Hugonis Grotii glossam de Je-
 remiâ prius, & Christo deinceps potius sublimi-
 usque explicantem supra audivimus, sed nos
 ad solidiorem interpretationem, quæ Spiritus
 Sancti est, perveniamus. Johannes c. XII.
 hunc versiculum expressè de Judæis, qui signis
 etiam multis à Christo factis credere noluerunt
 ψ. 37. allegat, & hoc dictum impletum fuisse
 testatur ψ. 38. quod etiam fit Rom. X. 16. Et
 quidem per brachium Domini rectissimè intelli-
 gitur Christus, qui est potentia Dei I. Cor. 1. 24.
 Regnum Satanæ confringens. ψ. 2. Et ascendis
 sicut virgultum coram eo) Et hic positum est pro NI-
 MIRUM. Sensus est: Jeremias adhuc puer Deo
 servire in prophetico munere incipiet. Habes testi-
 monium de eo apud Hieronymum, in principio ad
 Jeremiam. Vide & ipsum Jeremiam I. 6. Sic
 Dominus Jesus anno ætatis XII. Doctores docuit.
 Et sicut radix de terra sitiens [Natus
 in paupere vsculo Anathoth. Jerem. 1. r. addito quod
 habuimus hic supra X. 30. Sic & Bethleem Je-
 pore vico quàm oppido propior. Joh VI. 42. & Rectè
 & convenientius hæc immediatè ad Christum
 referuntur, ac non tam de oppido, quàm Tri-
 bu Judaica oppressâ, domo Davidica humiliatâ,
 & ex ea Maria, virgine paupercula intelligun-
 tum*

tur. Totum v. 3. Hugo Grotius vicissim ad Jeremiam applicat, ne semel mentione Christi facta. Sed rectius hic totus versiculus secundum Psalm XXII. 7. 8. 9. & historiam omnium Evangelistarum passionem Christi descriptentium ad Christum immediatè refertur, uti Marci IX, 12. docetur. *Quod scriptum est in filiū hominis, ut multa patiatur & contemnatur, qui contemptus emphatico vocabulo ἐξεδεωθή a Marco exprimitur. Ineptè & blasphemè versiculum 4. & 5. sic de Jeremià explicat: Et nos putavimus eum quasi leprosum ac percussum à Deo humiliatum.)* vox Hebraea כּוּרַר sumitur quidem & de leproso, sed nihil aliud per se significat, quàm vox sequens percussum. Ex hoc loco orta inter Iudeos fabula Messiam inter leprosos morari, sed sensus est: nos credidimus Jeremiam merito conjectum in carcerem & lutum, Deo illum exosum habente, ut hostem urbis & Templi, ac pseudopphetam. Vide Jerem. XXVI. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras) In Hebræo: *Ac vero ipse vulneratus (id est, malè tractatus est) nostro crimine. In nobis culpa fuit, non in ipso. Sic & quod sequitur: attritus est per nostram culpam. Iniquissima de eo sensimus, & propter-*

*ea crudeliter eum tractavimus: id nunc rebus
 ipsis apparet. Similia dixerunt Judæi qui se con-
 verterunt die Pentecostes & deinceps. Discipli-
 na pacis nostræ super eum. Apud eum: id
 est, monita nobis attulit salutaria, si ea recepisse-
 mus. Et livore ejus sanati sumus Livore
 ejus (id est, ipsius patientiâ) nos sanati fuissetus:
 id est, liberati ab impendentibus malis; si verbis
 ipsius tantâ malorum tolerantia confirmatis habu-
 issemus fidem. Hebræi potentialem modum aliter
 quàm per indicativum exprimere nequeunt. Ideo
 multa adhibenda attentio ad consequendos sen-
 sus. R. Sensum facile consequi potuisset Hu-
 go Grotius, si modo Evangelistam Matthæum
 c. IX, 17. & Petrum I. Pet. II, 24. 25. hæc de Chri-
 sto immediatè exponentes, secutus fuisset. Ve-
 rùm Hugo Grotius, de fertâ Spiritus S. autori-
 tate, sua impiâ glossâ cor & medullam totius
 vaticini i Praphetici de satisfactione Christi
 corrupit, ac Sociniano Spiritui vertiginis
 fores fenestrasq; aperuit. Certè qui vis etiam
 Laicus Petri explicationem divinissimam I. E-
 pist. c. II. v. 21, 22, 23, 24, 25. legens, causam
 vulnerationis, quæ sunt peccata nostra, &
 Deum ipsum hæc vulnera & peccata infligen-
 tem, considerans, ac fructum ex eâ in nos de-
 rivatum respiciens, Hugoni Grotio Clariss. Phi-
 lologo*

lologo contradicet, ac ita verba prout sonant, recte interpretabitur: *Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.* (Scilicet ceu Agnus Dei peccata mundi tollens Joh. I, 29. peccata in corpore suo in lignum crucis ferens I. Pet. II. 24. & morbos propter peccata inflictos auferens, uti peccatis vi meriti sui per fidem apprehensi remisit multos etiam à morbis sanavit Matth. VIII, 17. *Et nos reputavimus eum quasi casum & percussum à Deo & humiliatum,* (scilicet propter peccata sua, quasi ipse hoc meritus fuisset. Verùm Evangelista jam subjicit veram causam) *Ipse vulneratus propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra Disciplina pacis nostrae super eum, & livore ejus sanati sumus.* Ast ubi in totà Scripturà con- similia quoad literam de Jeremià leguntur? Ubi dicitur, quod Deus ipse illum percusserit, quod vulneratus fuerit, & quidem propter peccata populi ita ut ex illis vulneribus salus in populum redierit? Ubi unquam יְבִרָה pro patientià accipitur? Similiter in explicatione v. 6. & 7: prorsus à genuino sensu abit, errorem Judæorum à Manassis temporibus intelligens, & verba hæc, *posuit Dominus &c.* hanc glossà enervans: *Permissu Deus, ut ille nostro gravi crimine indignissima pateretur.* Nos ad Chri-

stum Redemptorem omnium peccatorum re-
 tē applicabimus. *Omnes nos quasi oves erravi-
 mus* (omnes homines non solum Judæi, sed
 etiam gentiles, sicut Petrus ad genti-
 les conversos I. Pet. II. applicat) *qui vis
 in suam viam respexit.* Hebraicè respeximus,
 (suas cupiditates & prava consilia sequendo)
 (& posuit Dominus (Hebraicè fecit impingere
 & incurrere) *in ipsum iniquitatem omnium no-
 strum* (Hebraicè universitatis nostræ) quod
 respondet II. Cor. V. 21. qui non noverat pec-
 catum, eum fecit pro nobis peccatum. *Exa-
 ctus & afflictus fuit, nec aperuit os suum: sicut pe-
 cca ad maclationem ducitur, & quasi ovis, que an-
 te tonsores suos obmutescit, sic ille os suum non ape-
 ruit, quæ omnia de Christo Patiente ex passio-
 nis historiâ Philippus & Petrus fuerunt interpre-
 tati. Majore adhuc futilitate versic. 8 torquet:
 De angustia & de judicio sublatus est)
 De carcere & de judicio ablatu est, liberatus tan-
 dem judicium vocat hoc, quia specie judicii ipsi hæc
 mala imposita fuerant. Vide Jerem: XXXII, 3. li-
 beratus autem per Babylonios. Generationem
 ejus quis enarrabit?) *Quis numerare pote-
 rit dies vite ejus? id est. erit valdè longævus.
 Quia abscissus est de terrâ viventium)*
*Nempe cum aëtus fuit primùm in carcerem, dein-
 de in lacum illum canosum, ac rursum in carcerem.**

Propter scelus populi mei percussi eū.)
 In Hebræo est, *plaga ipsi, supple, evenit, populi summo errore ac crimine, ut & antè dictum est, quidam codices Hebræi hic habuerunt וי, sed ויח idem significat: neq̄ enim exemplis caret וי הענישתי*.
 & Hic pergit Propheta ad Christi liberationem & Passionis ac resurrectionis fructum, quod verba, cum loco parallelo Act. II. 24. collata, ostendunt. *De angustia (doloribus mortis & inferni Christum angentibus) & iudicio, (quo ad mortem condemnatus fuerat) sublatu* est, *generationē, spiritualium scilicet filiorū, quis recenset?* ויח namq̄; durationem successivam denotat. Ratio, quare generatio ejus multa & longa futura sit, statim subjicitur: *Quoniam excisus est (instar amboris viridis II. Reg. VI, 4. uti etiam de puero vivo jussu Salomonis scindendo legitur I. Reg. III, 24) de terra viventium propter iniquitatem populi mei plaga illi. Quam incongruè verò hæc ad longævitatē Jeremiæ applicantur? Generationem ejus quis enarrabit?* Nam ipse per 40. annos tempore occupationis Hierosolymitanæ & ultimi carceris munere suo fuerat functus, ac deinceps in Judæa relictus, in Ægyptum à Johannan c. XLIII. fuit abductus, tandemq̄; illic occisus creditur. Hos annos Judæi tum

temporis facile supputare potuissent, quum per ætatem Jeremiæ ærumnosi etiam tum temporis grandiorem existentem non adeo multi fuerint. Sic *Abscindi è terrâ viventium*, ubi unquam notat in Scripturis agi in carcerem? וַיִּתֵּן אֶת-רְשָׁעֵי־קְבָרוֹ וְאֶת-עֶשִׂיר. 9. De his verbis apud interpretes variæ sententiæ. D. Wellerus, salvâ D. Lutheri & aliorum interpretum autoritate, hunc verborum sensum putat esse commodissimum. Et ponet iniquos (seu iniquitatem, ut concretum sit loco abstracti Dan. IX, 24. Heb. II, 16. Eph. VI, 12, &c.) in sepulchrum, *Et sic hoc sensu, nobilissimus sepultura Christi effectus, indicatur, qui est, peccata nostra ne nos irrequietos faciant secum, quin nos ipsos, sepeluisse, ut in novitate vitæ ambulantes, Deo placeamus Rom. VI, 4. in Explic. c. LIII. p. 95, & divitem in mortibus suis. id est, divitias longè maximas morte suâ nobis acquisivit. Explic. Es. LIII. p. 97. Vide etiam D. Glassium l. 3. Phil. sacr. can. 2. p. 3. 4. Glossa verò Hugonis Grotii vicissim abludit, dum sic scribit: Illi ipsum etiam interficere voluerant, ut legimus Jerem. XXVI. At Deus ipsius vice viros potentes quidem, sed improbos, sacerdotes nempe mortem Jeremiæ machinatos morti dedit per Chaldaeos II. Reg. XXV.*

XXV. 18. 19. 20. 21. Nihil illis divitiarum suarum profue-
runt, quibus redimi se posse speraverant. Sensus
hunc bene expresserunt Græci. Pergit insuper
Propheta ostendere v. 9. 10. unde hæc vis mor-
tis Christi fluxerit, nimirum quia ipse non novit
peccatum, sed Deus eum pro nobis peccatum fe-
cit, ut nos fieremus iusticia II. Cor. V, 21. Ver-
ba sic sonant: *super eo, quod non fecit peccatum,
nec dolus inventus fuit in ore ejus. Sed Dominus
voluit sic eum contere & infirmitatem inferre.*
Quæ vicissim ad Jeremiam hominem humanæ
infirmitati obnoxium minus applicari possunt.
Quando posuerit \square Ψ \aleph (sacrificium pro de-
lictis Lev. V, 16. c VII. 1. 2. animam suam, vide-
bit semen (scilicet sanctum, populum creden-
tium, in quo delectabitur) & prolongabit dies
(instar arboris vitæ Apoc. XXII, 2) & voluntas
Domini in manu ejus prosperabitur. De labore a-
nimæ suæ (quam \square Ψ \aleph tradidit Matth. XX, 28.)
videbit (scilicet illud semen) & saturabitur
(lætitiâ Psalm. XVI, 11.) & in notitiâ sui (quan-
do ipse cognoscetur, quod sit $\lambda\upsilon\tau\epsilon\omicron\nu$ pro pec-
catis I. Tim. II, 6.) justificabit multos (uti doce-
tur Rom. III. 24. 25.) & iniquitates ipsorum por-
tabit. (Vel si causaliter sumas, quia portat ini-
quitates ipsorum, (videlicet ut ille Agnus DEI
tolle peccata mundi Johan. I, 29.) Quæ
omnia

omnia de Christo explicantur. Jam audiamus glossas maxime perverfas Grotii: Si posuerit pro delicto animam suam, videbit semen longævum.) *Verteris rectè: Ut cum semetipsum subjecerit pœnis, videat semen, diuq; vivat. Hebrais pœna etiam injustè irrogata* \square Ψ χ *dicitur, quia infligitur, si nō sonis, certè quasi sonis. Sic* χ ν π *sumi apparet Gen. XXXI, 39. Zach. XIV. 19. Vixit diu Jeremias in Ægypto. Et voluntas Domini in manu dirigetur* *Melius: in manu (ejus scilicet) prosperabitur. Multi per ipsum ad pietatem convertentur, quod & sequentia explicant. Videbit & saturabitur. Videbit diu ad satietatem. Simile loquendi genus in Hebræo: Gen. XXV, 8. XXXV, 29. I. Paralip. XXIII, 1. XXXIX, 28. II, Paral. XXI, 14. In scientiâ suâ. Per eam, quam habet Dei cognitionem, justificabit ipse justus servus meus multos. Exemplo & institutione suâ corriget multos etiam ex gentibus. Hac est maxime propria verbi χ ν π , & Græci δ ν κ α ι ν ν significatio, qua apparet & Dan. XII, 3. Apoc. XXII in & alibi sæpè. Ab hoc significato proprio alij per similitudinem quandam fluunt. Et iniquitates eorum ipse portabit. Id est, auferet, per μ ϵ τ ω ν μ ι α ν , quia, qui sordes aliquas auferunt, solent*

eas collo supposito portare. Sic & $\alpha\lambda\epsilon\gamma\epsilon\iota\tau\alpha\iota$ pro au-
 ferre habes Num. XVI, 15. II. Reg. XX, 17. verti-
 turq; per $\epsilon\kappa\sigma\tau\alpha\upsilon\alpha\iota$, $\alpha\lambda\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\iota\upsilon$, & $\phi\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\iota\upsilon$. Abstulit Je-
 remias multorum peccata, ita ut diximus, eos cor-
 rigendo, &c. Sed perverla omnia (a) cedat nobis.
 Hugo Grotius ullum Scripturæ locum, in quo
 ponere animam suam $\delta\upsilon\lambda\lambda\alpha\iota$ significet, se subji-
 cere pænis, & hoc ad Jeremiam applicet. (b)
 Ubi Jeremias dicatur exemplo & scientiâ suâ
 justificare multos? (c) ubi legatur, quod Jere-
 mias ipsorum peccata portarit. quum contra
 hæc omnia phrasi in Scripturis usitata de Chri-
 sto legantur. (d) Falsum hoc est, & contra-
 rium ex oculari Concordantiarum Biblicarum
 tum Hebraicarum in Veteri, tum Græcarum
 in N. Testamento inductione, & in clarissimis
 Textibus fundatâ significatione ostendi potest,
 quando scribit, hanc esse maximè propriam
 verbi $\eta\zeta\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\iota\upsilon$, & Græci $\delta\iota\kappa\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\iota\upsilon$ significationem,
 exemplo & institutione suâ corrigere multos.
 Hic egregiam locavit operam D. Chemnitius
 in part. 2 Loc. Com. quando in articulo de ju-
 stificatione hæc vocabula eruditâ Philologiâ
 explicuit. p. m. 625. ait de Græcâ voce: In
 Græcâ communi linguâ $\delta\iota\kappa\alpha\iota\sigma\tau\epsilon\iota\upsilon$ simpliciter est ver-
 bum forense, & duas habet significationes 1. Signi-
 ficat aliquid justum censere seu pronunciare, non

privato iudicio, sed sicut illi qui cum imperio sunt, pronunciant. 2. Supplicio afficere, non sicut privati homines puniuntur, sed quum causâ dijudicatâ, judicialiter aliquis punitur, idq; ex Philologia etiam profanâ demonstrat. P. 627. Manifestius autem est, quàm ut vel negari, vel in dubium vocari possit apud Hebræos esse verbum forense. Idq; duobus modis evidētissimè probari potest. U. surpatur enim disertè de iudiciis, de causis & actionibus forensibus II. Reg. XV, 4. Deuter. XXV, 1. Psalm XCII, 3. Es. XLIII, 9. Deinde Antithesis manifestissimè hoc ostendit. Sapè enim opponuntur hæc duo, justificare & condemnare ut Prov. XVII, 15. Deut. XXV. III. Reg. IX, 32. Es. L, 8, &c. Et ad locum Dan. XII, 3 p. 629 ad locum Apoc. XXII, 11, p. 630. respondet. Hanc igitur audaciam in Hugone Grotio conspicatus, non iniquè Excell. Dn. D. Hulsemannum de eodem scripsisse statues, Extens. Brev. p. 420. Veluti Tribuni militum frequenter falluntur, quoties ex fiducia roboris & peritiae militaris in hostem ruunt: Ita non pauci Scriptores, ubi scribendo inclaruerint, fiducia parte autoritatis desipiunt. Tandem deveniamus ad ψ. 12 hujus capituli LIII. Esaiæ, qui similiter totus noster est, & de Christo immediatè & literaliter sensu loquitur: לָכֵן אֶחְלַק-לוֹ בְּרַבִּים

illi

illi in vel inter multos, scilicet bona & dona di-
 videnda, uti loci ostendunt paralleli Psalm.
 LXII, 19. Eph. IV, 8. וְאֵת יְדוּמִים יְחַלֵּק שָׁלֵל
 h. e. & robustos, quales sunt Diabolus, mors &
 infernus Col. II, 15. I. Cor. XV, 54, 55, 56, 57.
 dispertietur (ceu) spolia, eo quod effudit animam
 suam in mortem Heb. II, 14. Et cum iniquis nume-
 ratus est, quem locum ab Evangelistis Marco
 XV, 28. Luc. XXII, 37. de Christo citatum su-
 pra laudavimus. וְהוּא & ipse (qui debuit
 calcaneum serpentis conterere Gen. III, 15.)
 peccatum multorum portavit, & pro defectoribus
 intercessit, quod Christi primum verbum in cru-
 ce fuit: Pater dimitte illis, nesciunt enim quid fa-
 ciant, Luc. XXIII, 34. Hæc ex ipsius Spiritus
 S. explicatione fuerunt tradita. Jam humani
 ingenii Scholia à Clariss. Hugone Grotio pro-
 posita cognoscamus. Ideò dispertiam ei
 plurimos Dabo ei partem in multis. Id est,
 multos servabunt Chaldaei in ipsius gratiam. Vide
 Jerem. XXXIX, 17. R: Egregia multitudo, quan-
 do illic loci se, Ebedmelech, & suum Baruch
 servasse dicitur? Et fortiū dividet spolia,
 Id est, Nabazardan Magister militum captā urbe
 de prædā ipsi dona mittet. Jerem. XL, 5. Oblatum
 etiam ipsi à Chaldeis terra quantum vellet. Vide
 & infra XV, 11. R. Opima spolia fortium, quan-
 do

do munusculum & commeatum illic loci accepit! Pro eo quod tradidit in mortem animam suam] *In Hebræo: Quia effudit in mortem animam suam. Id est, periculis mortis semper objecit, colendo veritatem, quæ odium parit. Vide historiam ad hanc rem appositam Jerem. XXVI. 13. Sic τιβέβαι ψυχὴν dici pro periculo mortis semet objicere diximus ad Joh. X, 11. &c. Nusquam legitur, Ipsum effudisse animam suam in mortem, uti hæc phrasis de Christo pro ovibus moriente Joh. X, 11. accipitur. Sicut & cætera, quæ subjicit ad literam ex ipsius Spiritus S. testimonio de Christo fuerunt impleta, quæ ita de Jeremiâ explicari non possunt: Et cum sceleratis reputatus est. Ita est tractatus, quomodo scelerati solent, in carcere, catenis, & barythro. Et ipse peccata multorum tulit. Pessimè tractatus fuit per multorum improbitatem, ut supra 5. Et pro trāsgresforibus rogavit וַיִּפְתָּח עַל הַמַּעֲשִׂים הַרְשָׁעִים וְיִפְתָּח עַל הַמַּעֲשִׂים הַרְשָׁעִים est deprecari, ut exponit, ad hunc locum respiciens scriptor Hebraus de Vitâ & morte Mosis. Sensus est: eo ipso tempore cum tam dura pateretur à populo, non cessavit ad Deum preces pro eo fundere ut olim Moses in deserto. Vide Jerem. XIV, 7. XXXVII, 3. XXXIX, 17. XLII, 2. Ex hac divinis è literis sacrâ Philologiâ & Grammaticâ Textus explicatione emerget argumentum.*

IV.

IV. Ex totâ συναφείᾳ Textus in Antecedentibus & consequentibus spectatâ. Nam cap. LII, 13. 14. 15. Argumentum quasi Passionis, & Exaltationis, & fructus consequentis tradit. Capite LIII. Incredulitate Judæorum ψ. 1. culpata, profundam exinanitionem Christi describit usq; ψ. 5. Sed omnia propter nostra peccata Christum fuisse passum docet ψ. 5. 6. Eductionem ad mortem ψ. 7. liberationem e morte ψ. 8. & sepulturam peccatoribus salutarem ψ. 9 recitat. Deniq; ψ. 10. 11. 12. fructum hujus passionis & exaltationis recenset. Ita ut per totum hoc caput LIII. hoc primariò urgeat, quod habet Paulus Rom. IV. 25. *Christus traditus est propter peccata nostra, & excitatus est propter justificationem nostri.* Exinde depromemus argumentum

V. Ex principali doctrinâ, quam toties per totum hoc caput Apostolus inculcat, quæ à nobis ad Analogiam fidei rectè exponitur, ab Hugone Grotio pessimè pervertitur, ita ut nostræ salutis acropolis de redemptione Christi, & peccatorum remissione in Christo, quæ in hoc capite solidissimè fundatur, suppositâ Grotianâ glossâ ab impietate Socinianâ maximoperè oppugnari

gnari possit. Doctrinam de satisfactione Christi D. Gesnerus sic è contextu extrahit Comment. in c. LIII Es. pag. 509. (1.) *Langvores nostros ipse tulit. Ps. 4.* (2.) *Dolores nostros ipse portavit. Ps. 4.* (3.) *Vulneratus est propter iniquitates nostras: Ps. 5.* (4.) *Atrius est propter peccata nostra Ps. 5.* (5.) *castigatus est, ut nos pacem haberemus Ps. 5.* (6.) *In livore ejus sanatio nostra: Ps. 5.* (7.) *Dominus coniecit in eum omnium nostrum iniquitates. Ps. 6.* (8.) *Propter transgressionem populi mei plaga illi: Ps. 8.* (9.) *Posuit hostiam pro peccatis animam suam: Ps. 10.* (10.) *Iniquitates eorum ipse portavit: Ps. 11.* (11.) *Ipse peccata multorum tulit: Ps. 12.* (12.) *Pro impiis ipse oravit: Ps. 12.* Sed Grotiana illa interpretatio verba malè raptans, prorsus alienum sensum, & à Socinianis obviis ulnis amplexandum affingit. Tandem probamus hoc.

VI. Ex multorum veterum Rabinorum & communi Christianorum Interpretum consensu, qui Spiritus Sancti autoritatem venerati, unanimi suffragio hæc de Mesia interpretantur. Rabinorum veterum autoritatem allegat Gesnerus Comment. p. 450. *E Christianorum verò interpretum Corona non solum veneranda Patrum Pergula, & Orthodoxi Ecclesie Doctores, sed etiam ipse Calvi-*

Calvinus cum suâ phalange hæc de Christo imme-
 diatè explanant, licet iste in aliis de Mesfiâ ora-
 culis perperam explicandis passim à D. Hun-
 nio notatus, & *Iudæizans* vocatus fuerit. Sed
 de hoc in Disputationis conflictu pluribus agi
 poterit. Jam ad præsens negotium accincti,
Orationem Theologicam de Passione Domini nostri
Iesu Christi veri promissi Mesfiæ ab Esaiâ hoc capi-
te LIII. descriptâ habendam, publicis è valvis si-
 gnificamus, idq; autoritate MAGNIFICI SCHO-
 LARCHALIS COLLEGII, quod seorsim in tem-
 plis, seorsim etiam in Gymnasii auditorio pu-
 blico passionis hujus acerbissimæ memoriam
 revocare, & sumtibus ad *Programma typis expri-*
mendum munificè erogatis, Studiosæ Juventutis
 industriam excitare constituit. Proinde Orna-
 tissimus, Adolescens *Johannes Otzechius Dantiscanus*,
 (qui ex Testamento beatissimi Dni Davidis Ol-
 bafii olim Mensæ communis beneficio usus, to-
 tum se literis abdidit,) *Specimen doctrine d. 30.*
Martii edisurus, Juventutem nostram ad passio-
 nem Salvatoris nostri, quâ piè, quâ devotè medi-
 tandam *Oratione latinâ non indoctè conscriptâ ex-*
hortabitur. Quapropter Magnificos Dominos
 Patronos, Nobilissimos Dominos Promotores, Ex-
 cellentissimos Dominos Fautores, Clarissimos Do-
 minos Collegas & Amicos, unoque verbo, *Viros*
omnium

omnium ordinum ac dignitatum honoratissimos ad
 Præsentem Actum horâ II. pomeridianâ die 30.
 Martii symphoniâ simul Musicâ cōcelebrādū,
 eâ, quâ decet, observātiâ invitatos rogitamus,
 ut sanctissimam Passionis Salvatoris nostri Me-
 moriam recolendo, vacivas aurium ædes no-
 bis referent, suaq; honorificâ præsentia devo-
 tam Gymnasticæ Juventutis industriam ad
 similia eruditæ pietatis Gymnasmata excitent
 atque inflamment. Studiosam verò Juven-
 tutem monemus, ut partium suarum satagat,
 ac cum singulari cordis devotione decentem
 aurium afferat attentionem.

Noster verò Dominus ac Salvator Je-
 sus Christus, qui sanguine suo pretiosissi-
 mo cum Deo sanctissimo pacem nobis con-
 ciliavit, nec s̄q; Deo reconciliavit, ita Chri-
 stianorum Regum & Principum animos
 regat ac dirigat, ut & ipsi, quod Dei decet
 filios, pacem sectentur, ac mutuo charita-
 tis glutine, quæ per hostiles impetus læsa
 & collisa fuerunt, reduniant atq; compin-
 gant. P. P. Gedani d. 25. Martij
 Anno 1657.



VATICINIUM TERTIUM
PROPHETÆ ESAIÆ,
 PROMISSUM MESSIAM
 MORTIS DOMITOREM, ET VICTOREM
 demonstrans,

Quo
 ORATIO THEOLOGICA SOLENNIS
 de

Gloriosâ, maximeq; fructuosâ Christi,
 propriâ virtute resurgentis, & mortem
 absorbentis Victoriâ,

â
 PETRO ECKHARDO,

Rummelsburgô- Pomerano,

Die XIX. Aprilis Anno M. DC. LVII.

Horâ IX. Matutinâ in Auditorio Majori
 habenda

intimatur.

Ad quam audiendam bonarum Artium
 Mecænates

Patronos ac Fautores,

Dignitatis, Eruditionis ac Generis splendore con-
 spicuos, cultu animi debito, ac observantiâ invitats;
 Juventutem autem, Pietati & bonis literis incumben-
 tem illi interesse jubet

D. JOHANNES MAUKISCH

S. S. Theol. Prof. Publ. Gymnasii Gedanensis
 Rector, & ad S. S. Trinitatis Pastor.

Typis Viduæ GEORGII RHETII.

Vox fidei plena, & Christianâ certitudi-
 ne per digna est, quam sonuerunt Apo-
 stoli, dicentes Luc. XXIV, 34. ἡ γέθη
 ὁ κύριος ὡς ὄντως, καὶ ὡφθη Σίμωνι, *Surrexit Domi-
 nus verè & apparuit Simoni.* Quam certitudi-
 nem ocularis ipsos docebat inspectio, quando
 Dominus gloriæ manus pedesque suos visen-
 dos, & carnem ossaque sua palpanda subjicie-
 bat, Thomamq; εἰς τὸν τύπον τῶν ἡλῶν, in figu-
 ram & locum clavorum digitorum inferre, ma-
 numq; lateri immittere jubebat. Quam cogni-
 tionem ἀπὸ τῆς ὀπίσθεν, seu à posteriore non invitus
 dixerim. Hæc clavorum inspectione, quæ cor-
 poris oculo fiebat, eam, quæ mentis, fide illu-
 stratæ, fit oculo, beatiorum sic prædicabat Je-
 sus Joh. XX, 29. μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύ-
 οντες, *beati qui non viderunt & crediderunt.* Quæ
 beatitudo in nos omnes cadit, qui veritati Ev-
 angelicæ fidem tribuentes, resurrectionem
 Christi, animis fixam tenemus. Et sanè respe-
 ctu nostri βεβαϊότερον τὸν λόγον προφητικὸν II. Pet. I.
 19. *firmiorem hunc sermonem habemus Propheeti-
 cum,* quando velut à prioribus de ἀπὸ τῆς διότι ex
 Scripturis demonstramus Propheeticis καθότι
 ἐκ ἧν δυνάτεον κρατεῖσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτῆς, *juxta quod
 impossibile erat ipsum ab eâ (scil. morte) teneri;*
 quo-

3

quomodo Petrus in concione Pentecostali Act. II. 24. usque 31. ex Psalm. XVI. Resurrectionem Christi tam solidè probavit, verbaque Psalmi non de Davide, sed ipso Christo intelligenda demonstravit, ut Judæorum tria circiter millia in suâ conscientia convicta, nomen Christo per baptismum dederint, Actor. II. 41. Quæ fidei è Scriptis Prophetis colligenda firmitudo, ut *maximè* corroboratur, si sensum dictorum *immediatè* de nullo alio, nisi de Christo Messia, in Veteri Test. promisso, exponi posse statuas. Ita contrà *non minimè* infirmatur, si quis manifestissima scripturæ oracula ita glossæ suæ impuritate contaminet, ut *per prius* de alio, *deutèrè* verò de Christo interpretetur, & sic Judæis scelestis, luce verbi divini cœlesti constructis, elabendi non rimas, sed fores fenestrasque aperiat. In quâ arte, nervum scripturæ Propheticæ solidum incidendi, Magistrum suum Judaizantem (*Calvinum* intelligo,) Clarissimus Discipulus *Hugo Grotius* vicit impudentiâ, eaq; etiam Scripturæ vaticinia, (quæ *Calvinus* Spiritus Sancti, oracula à Prophetis in Vet. T. promulgata per Apostolos in N. T. de Christo ipso interpretantis, autoritate compulsus, *immediatè* de Christo explicuit,) ad alia subjecta, quibus tamen prædicata, ex contextu & Ana-

4
 logiâ fidei explicatâ, minus conveniunt, collò-
 traxit obtortò. Cujus experimentum in cap.
 VII. Esa. de *Immanuele*, & nuper in cap.
 LIII. Esaiæ de *justo DEI servo* cepimus. Ut
 verò studiosæ juventuti, quæ facile tanti *PHI-*
*ZOLOG*i autoritate dementari posset, planum
 faciam, *Hugonem Grotium*, magni nominis Vi-
 rum, non solùm ea Scripturæ vaticinia, quæ
 Salvatoris nostri *conceptionem, Nativitatem,*
passionem & mortem concernunt, in quibus Fi-
 lius DEI schema servile induit, illotis offendis-
 se manibus, sed etiam ea, quæ *Dominum gloria*
 I. Cor. II, 8. & *Filium DEI ex Resurrectione de-*
monstratum Rom. I, 4. deprædicant, ungue sub
 attigisse, dictum Esaiæ XXV. citabo, cujus ver-
 ba hæc sunt: וְעָשָׂה יְהוָה צְבָאוֹת לְכָל-

לְכָל-הָעַמִּים בָּהָר הַזֶּה מִשְׁתָּה שְׁמָנִים
 מִשְׁתָּה שְׁמָרִים שְׁמָנִים מִמְּחִים שְׁמָרִים
 מִזְקָקִים: וּבִלְע בָּהָר הַזֶּה פְּנֵי-הַלוֹט הַלוֹט
 עַל-כָּל-הָעַמִּים וְהַמְּסָכָה הַנְּסוּכָה
 עַל-כָּל-הַצּוֹיִם: בִּלְע הַמְּוֹרֹת לְקִצְוֹת
 וּמִחֲרָה אֲדוֹנֵי יְהוָה דְּמָעָה מֵעַל כָּל-
 פְּנִים וְחֲרַפְתָּ עִמּוֹ יָסִיר מֵעַל כָּל-הָאָרֶץ

LXX. Versio: Καὶ ποιήσει κύριος σαβασμὸν πᾶσι
 τοῖς ἐθνεσιν. Ἐπι τὸ ὄρος τὸτο πίνονται εὐφροσύν-

7

νην πίνονται οἶνον. χρίσονται μύρον ἐν τῷ ὄρει τέτω,
 παράδ' ταῦτα πάντα τοῖς ἔθνεσιν. ἡ γὰρ βελή
 αὐτῆ ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη. Κατέπειεν ὁ θάνατος
 ἰαχύσας, καὶ πάλιν ἀφείλε κύριος ὁ θεὸς πᾶν δά-
 κρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου. Τὸ ὄνειδος τῆ λαῶ
 ἀφείλεν ἀπὸ πάσης τῆς γῆς. *Vulgata: Et facies
 Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc con-
 vivium pinguium, convivium vindemiae, pinguium medul-
 latorum, vindemia defecata. Et precipiabit in monte
 isto faciem vinculi colligati super omnes populos, et
 telam, quam orditus est super omnes nationes. Prae-
 cipitabis mortem in sempiternum: et auferet Do-
 minus Deus lachrymam ab omni facie, et opprobri-
 um populi sui auferet de universa terra. Junius et
 Tremellius sic vertit: (10) Faciet autem Je-
 hova exercituum omnibus populis (11) in
 monte hoc (12) convivium rerum pingui-
 um, convivium vini defecati: pinguium
 inquam saginariorum, vini facibus expur-
 gatis: Et (13) absorbebit in monte hoc spe-
 ciem istius veli obvelantis omnes populos,
 et istius operimenti obducti super omnes
 gentes: Absorbebit ipsam mortem (14) in
 victoriam, et absterget Dominus Jehova
 lacry-*

A 3

lacrymas ab omnibus faciebus; & opprobrium populi sui amovebit à tota terra. Et in Scholiis addit: (10.) Secunda hac prophesia formam exponit tum judiciorum, quibus propter Christum usus est Deus, hoc capite; tum laudum, quibus Ecclesia predicatura est beneficentiam illam Dei, cap. sequente: Forma autem judiciorum est duplex: una, ut inimica gentes amicè ad sacrum Christi epulum & communionem provocentur verbo, usq; ad vers. 10. altera, ut contumaces, qui extolluntur adversus cognitionem Dei, prostergentur, v. 10. & seq. (11) Cujus meminit supra 24, 23. ut etiam predixerat supra 2, 2. (12) I. Optimum & munificentissimum, quod exhibetur sanctis predicatione Evangelii & virtute spiritus Christi: allegoria res spirituales figurans corporeis: ut Matth. 22. & Luc. 14. (13) Enarratio beneficiorum, qua populi in convivio Christi percepturi sunt: PRIMUM est, vindicari illos ab excecatione, & quasi sublatò velamine donari cognitione Dei, hoc versu, ut ostendit Paulus 2. Corinib. 3. SECUNDUM est, donari potestate mortis donari vitâ eternâ. I. Cor. 15. 54. TERTIUM, donari gaudio & pace per Spiritum sanctum, Rom. 4. 17 & Apoc. 21. 4. ex quibus consequitur effectus, v. 9. nimirum constantissima beneficii divini predicatio. (14) Id est, ita ut in sempiternum devicta & pro-

7
Et prostrata jaceat, neq̄ amplius in beatos illos con-
vivas Christi dominetur. Lutheri hæc est transla-
tio: Und der HErr Zebaoth wird allen Völk-
ckern machen auff diesem Berge ein fett Mahl/
ein Mahl von reinem Wein / von Fett / von
Marck / von Wein / darin keine Hefen ist: Und
er wird auff diesem Berge das Hüllen wegehun/
damit alle Völker verhüllet sind / und die Decke /
damit alle Heyden zugedecket sind. Denn er
wird den Todt verschlingen ewiglich. Und der
HErr wird die Thränen von allen Angesichten
abwischen. Und wird auffheben die Schmach
seines Volcks / in allen Landen. Piscatoris ista

Und der HErr Zebaoth wird allen Völk-
ckern machen auff diesem Berge ein fett Mahl
ein Mahl von reinem Wein: von Fettem / dar-
voll Marck ist / von Wein / der von den Hefen
gereiniget ist. Und er wird auff diesem Berg
die Hülle wegehun / damit alle Völker ver-
hüllet sind: und die Decke damit alle Heyden
zugedecket sind. Er wird den Todt verschlingen ewi-
glichen / und der Herr HErr wird die Thränen
von allen Angesichten abwischen: und wird die
Schmach seines Volcks wegnehmen von der
ganzen Erde. Divus Paulus in Novo Testa-
mentum Esaiæ verbis hinc allegat I. Cor.
XV. 54, 55, 56, 57. Cum autem mortale hoc
induerit immortalitatem: tunc fiet sermo quod

scri

scriptus est: κατεπόθη ὁ θάνατος ἵνα ἡ ζωὴ φανῆται. Absorpta est mors in victoriam, Ubi est mors victoria sua? ubi est mors stimulus tuus? stimulus autem mortis peccatum est: virtus verò peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Hunc sensum & allegationem Paulinam sequuntur *Biblia Viniariensis*, quæ isthac paraphrasi textum illustrant: Und der HErr Zebaoth wird allen Völkern machen auff diesem Berge/ (in der Christlichen Kirchen/ durch den Berg Zion vorgebildet/ Ps. 2. v. 6. Hebr. 12. 22.) ein fett Mahl/ ein Mahl von reinem Wein/ darinnen keine Hefen ist/ (Gott wird von seiner überschwenglichen Gnade in Christo/ durch das Evangelium/ öffentlich unter allen Heyden predigen/ und sie sampt den Jüden zu der geistlichen und himmlischen Mahlzeit beruffen lassen.) Und er wird auff diesem Berge das Hüllen die Unwissenheit und den Mangel der Erkenntnis Gottes) wegtun / damit alle Völker verhüllet sind/ (denn was Gott in Christo denen/ die ihn lieben/ berettet hat/ 1. Cor. 2. v. 9. Das ist dem Menschen von Natur unbekand/ und kan nicht/ denn nur durch den Glauben aus dem Evangelio erkernet werden/) und die Decke / damit alle Heyden zugedecket sind / (denn

(denn das Geheimniß der Seeligkeit ist allen Menschen von Natur verborgen/ 1. Cor. 2. v. 14. 2. Cor. 3. v. 15. Es wird aber auch mit dieser Weissagung zu gleich gesehen auf die Erweckung der Todten/ in welcher Christus wird wegnehmen/ das Hüllen/ * H. Luth. wie die Todten verhüllet werden/ das ist/ er wird die Todten lebendig machen. *) denn er wird den Todt verschlingen ewiglich/ (* H. Luth. welches Paulus also dolmetschet : der Todt ist verschlungen in den Steg/ das ist/ der Todt liegt darnieder/ und hat nun keine Macht mehr/ sondern das Leben liegt oben/ und spricht : Nie gewonnen/ wo bistu nun Todt?*) Und der Herr HERR wird die Thränen von allen Angesichten abwischen/ und wird aufheben die Schmach seines Volcks in allen Landen/ (welches vollen kömlich im ewigen Leben wird erfüllet werden/ da kein Leid/ noch Geschrey / noch Schmerzen syn wird/ Offenb. Joh. 21. v. 4. da auch die Auserwehltten sollē herrlich gemacht und von aller Schmach befreyet werden.) Ut itaq; contrariis juxta se positis, divina Veritas magis elucescat, huic eruditæ & in contextu ac analogiâ fidei fundatæ expositioni jam Grotiana subjiciemus Glossemata, quæ divinum sensum, à S. S. in Novo Test. monstratum, prorsus evertunt, & quod de convivio, ex divinâ gratiâ parato, ac de Christo

Christo

*christo victore accipiendum erat, de convivio
 ira, seu furoris & Regis Ezechie victoriâ vitâque,*
 per quindecim annos adhuc continuatâ, per-
 peram explicant. *Convivium pinguium*) vin-
 dicta Dei sæpè à Prophetis convivio compara-
 tur, quia & consumit hostes, ut cibi consumun-
 tur, & Deo gaudium parit. *Vindemia defecata*)
Ex vino optimo. Et præcipitabit in monte isto fa-
ciem vinculi colligati super omnes populos, & telam
quam orditus est super omnes nationes) Rectius sic:
 Præcipitabit Dominus in monte isto (id est
 apud hanc urbem) faciem involucris, quod in-
 volutum est super omnes populos, & operi-
 mentum, quod oppansum est omnibus genti-
 bus. Involucris & operimenti nomine notat ter-
 rorem illum ab Assyrio, qui populos omnes
 velut excæcaverat. *Præcipitabit mortem*) Id est,
 pericula mortis. *In sempiternum*) Id est, do-
 nec vivet Ezechias. *Et auferet Dominus Deus*
lachrymam ab omni facie) Eorum scilicet, qui ob-
 sessi fuerunt. Hactenus Grotius Ex his inter
 se collatis jam eruemus, nostram explicatio-
 nem, Grotianæ oppositam, convenire

1. *Cum ipsâ Spiritus Sancti in Novo*
Testamento interpretatione, qui, cum per
 Prophetas locutus sit II. Sam. XXIII. 2. II.
 Pet. I. 21. ceu interpretes optimus optimè novit
 verbo.

verborum suorum sensum, quem nobis, per Apostolos loquens Matth. X. 20. exposuit, uti factum est in hoc textu Esaiæ I. Cor. XV. 54, 55, 56, 57. suprâ allegato, in quo Paulus ex hoc dicto Esa. XXV. demonstrat, id vaticinii in resurrectione mortuorum non solum *ratione capitis*, quod est Christus Jesus, qui jam *mortem destruxit* I. Tim. I. II. & ἀπαρχὴν *primitia dormientium* in hoc cap. XV. prioris Epist. Corinth. v. 20. vocatur, sed etiam *ratione corporis mysticæ & omnium finaliter credentium impletum iri. Absorpta est mors in victoriam*: Et deinceps ostendit, per quem hæc victoria super mortem & infernum nobis parta fuerit, nimirum per **JESUM CHRISTUM**, qui jam ceu Victor habet claves mortis & inferni Apoc. I. 18. & ab Electorum suorum oculis omnem lacrymam absterget, Apoc. VII. 17. sicut & cap. XXI. 4. totus hic Esaiæ versiculus clarè sic explicatur: *Et absterget Deus omnem lacrymam ab oculo eorum, & mors ultra non erit, neq. luctus, neq. clamor, neq. dolor erit ultra.*

I I. *Cum genuinâ & usitatâ verborum significatione*, prout ea in Scripturis traditur. Nam (α) ut notum est, vocabulum Hebraicum מוֹת & Græcum ὁ θάνατος de morte propriè & communiter accipiuntur, ac non-

nonnisi *metonymicè* pericula mortis seu mortem inferentia significare possunt, ut Psal. XXXIII. 19. Psal. LVI. 14. (β) Hebraicum verbum *עָלַם* significat *proprie absorbit*, veluti *gulâ & rictu aperto res liquoris immersa potatur*, ut *ita illa oculi hominum penitus subducatur*, uti *cetus Jonam deglutivit*, cap. II. 1. de quo Concordantias Hebraicas Buxtorfii contules. Hinc commodè LXX. Viralis Versio vocabulum *καταπίπειν* usurpavit, licet sensum non assecuta sit, vertens *κατεπίεν ὁ θάνατος ἰσχύσας*, *Deglutivit mors prevalens*: Quùm tamen hoc de ipsâ morte passivè dicatur, interpretante Paulo *κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νίκην*, *Absorpta est mors in victoriam*. Jam si phrasin ipsam sumas *absorbere mortem*, tunc eam commodissimè, interprete Paulo, de totali *mortis exterminatione* explicabis, ita ut ne vestigium mortis remaneat, prout in Apoc. XXI. 4. de morte piorum per Christum absorptâ legitur, & I. Cor. XV. triumphus de morte canitur. Sed hoc non poterit nobis *Hugo Grotius* vel ullus alius ex ullo Scripturæ loco probare, quod *absorbere mortem*, idem sit, ac *pericula mortis à Marte inferendi ad exiguū temporis spatium*, quale erant quindecim *Hiskix* anni, *avertere*; quamvis etiam in illis quindecim annis *Israelitæ*, licet belli discriminibus fuerint exempti, aliis tamen

tamen mortis periculis non fuerint erepti (γ)
 vocabulum $\nu\zeta\alpha$ verò notat *Victoriam* ac de-
 inceptis *temporis perpetuitatem*, utpote omnia
 vincentem. Sicut & hoc vocabulum $\nu\zeta\alpha$
 quod per $\nu\iota\kappa$ seu *Victoriam* Paulus reddidit,
 ita in LXX. Virali versione septies versum fuit.
 Ac non inelegans est observatio Kircheri in
 Parte 2. *Concordantiarum Græcarum Vet. Test.*
 p. 406. $\nu\zeta\alpha$ eum verbis constructum transit in
 naturam adverbii, finaliter, omnino, perpetuo pro-
 fus, victoriosè. Cum ν notat motum ad locum, &
 finem ultimum. Et sic tota hæc phrasis hoc
 sensu commodissimè explanatur: *Absorpta est*
mors in sempiternam victoriam, ut ita respectu cre-
dentium omnem prorsus suam vim & potestatem
exuerit, & sic in extremo die nihil penitus vi-
rium in eos habeat residuum. Verum etiam qui-
 dem est, quòd perpetuitas alia sit *absoluta* &
 sic pro æternitate accipiatur; alia *periodica*,
 quæ longum tempus, non tamen æternitatem
 ipsam significat. Unde de genuinâ vocis signi-
 ficatione ex contextu judicandum est. Verùm,
 quia hic ipse Spiritus sanctus in Novo Testa-
 mento, tum I. Cor. XV. 54. tum Apoc. XXI. 4.
 nobis digitum intendit indicem, qualem mor-
 tis absorptione, nimirum, ubi mors planè am-
 plius non sit, intelligat, ac totus contextus hoc
 ipsum

ipsum urget & admittit: Idcirco quando Hebraicum לְכַצֵּר & latinum verbum *sempiternū* Hugo Grotius per quindecim annos Hiskiae explicat & restringit, doctorum Hebraistarum risum vix declinabit. Nos autem sumemus argumentum.

III. Ex toto contextu ad analogiam fidei exposito. Et quidem hinc partim versiculos 6, 7, 8, 9, 10, immediatè conjunctos, partim totius capituli טוּבָא דֵּי אֲוִי סcrutabimur. Versiculum sextum sic reddit VULGATA: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiae, convivium pinguium medullatorum, vindemiae defecatae.* JUNIUS & TREMELLIUS ita transtulerunt: *Faciet autem Jehova Exercituum omnibus populis in monte hoc convivium RERUM pinguium, convivium (b) VINI defaecati, pinguium, IN QVAM, signatorum, VINI faecibus expurgatis.* Et litera (b) in margine addiderunt: Hebr. *faecium*, quod genus locutionis explicans sequentia. Simile vide supra cap. XIX, 18 Quid hinc sit מִשְׁתֵּי שְׂמֵרִים convivium fecium altius inquirendum est. Et quidem non nego שְׂמֵרִים seu feces de vino furoris accipi, uti Psalm. LXXV, 10. dicitur, quod *impii è calice שְׂמֵרֵיָהּ feces ejus sugant & bibant*, quod forsan Hugonem Grotium pelle-

xit, ut hoc de vino furoris intelligeret; Verum cum *clariss.* Junio rectius observo, sicut in seqq. ad vocabulum **שְׁמֵי** pinguium additur **מְחִי** medullarum: (die lauter Krafft und Saft/ Fett und Marck in sich haben/ unde D. Lutherus reddidit von Fett / von Marck) Ita etiam ratione **שְׁמֵי** adjicitur **מְקִי** fecium depurgatarum. Proinde merito dispicitur, quomodo vini fecibus suis insidentis alibi fiat metio, Jer. XLVIII. 11. dicitur de Moabo: *Requievit in fecibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigracione non abiit. Idcirco permansit gustus ejus in eo, & odor ejus non est immutatus.* Sicut & Zephan. l. 12. in descriptione ditiorum Judæorum ad similem metaphoram alluditur. Quod Münsterus ita vertit: *Visitabo viros, qui (veluti vinum) conquiescunt in fecibus suis.* Et in Scholiis subdit: *Textus Hebraicus habet, qui coagulantur in fecibus suis. Et est sensus. Qui resident super divitias suas, ut Chaldaeus Interpres habet.* Intelligitur itaque vinum generosi saporis, quale est id vini, quod nuperrimè à fecibus suis purgatum fuit; Et sic rectè hæc verba interpretamur de convivio maximè opiparo, & ex optimis ferculis & vino præstantissimo constructo, & consequenter de convivio *Gratie*, & subsequenter in alterâ vitâ *gloria*, prout ipse Filius Dei regnum caelorum hujusmodi convivio

lautè parato assimilat Luc. XIV. 16, 17. Homo
 quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos,
 Et misit servum suum horâ cœnæ, dicere invitatis,
 ut venirent, quia jam parata sunt omnia. Et Matt.
 XXII, 4. Ecce prandium meum paravi: tauri mei
 & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad
 nuptias. Hujus vero epuli festivitas in Gratia re-
 gno inchoatur, & in nuptiis agni, æternâ bea-
 titudine circumfluentibus, continuabitur. Id
 quod descriptio ipsius loci cõmendat. Loqui-
 tur enim de convivio in Monte Zion futuro,
 per quem intelligit Ecclesiam, uti præcedente
 cap. XXIV. 23. dignitas illius montis excellen-
 tissima describitur, in subsequentibus verbis
 hujus cap. XXV. v. 7, 8, 9, 10. docetur, & ex locis
 Parallelis Ps. II. 6. Es. II, 2. Hebr. XII, 22. ejus
 conformitas ostenditur. Sensus igitur hic est:
*Faciet DEUS in hoc monte Sion, seu Ecclesiâ Novi
 Testamenti omnibus populis & Judais & gentibus
 splendidissimum convivium, præconiõ scilicet divi-
 nae gratia per totum orbem terrarum divulgatiõ, in
 qua omnia, quæ ad hujus & futura vitæ delicias fa-
 ciunt, largissimè proponentur.* Jam sequitur ver-
 siculus septimus, optimè cohærens, ex VUL-
 GATA versione: *Et præcipitabit in monte isto
 faciem vinculi colligati super omnes populos, & te-
 lam quam orditus est super omnes nationes.* Ex

JUNIO

JUNIO verò & TREMELLIO hiscè ver-
 bis: *Et absorbebit in monte hoc speciem istius veli*
obvelantis omnes populos; & istius operimenti ob-
ducti super omnes gentes. Quid per פני הלוט
 faciem involucris seu veli & המסבֵר operimen-
 tum significetur, de eo inter nos & Hugonem
 Grotium vicissim controvertitur. Hugo Gro-
 tius intelligit terrorem illum ab Assyrio, qui po-
 pulos omnes velut excæcaverat. Verùm vocabu-
 lum פני proprie velum vel involucrum, quo ca-
 put obvelatur, vel facies absconditur, uti &
 vocabulum המסבֵר operimentum designat,
 quo aliquid tegitur; sed nunquam in totâ Scri-
 pturâ pro nudâ aliquâ formidine vel terrore u-
 surpantur, multo minus cum verbo sic constru-
 cta leguntur. Quod tamen Hugo Grotius pro-
 batum dare debuisset, quando catachresticam
 ejusmodi acceptionem contra communem In-
 terpretum calculum stabilire decrevit. Contrâ
 verò, si hæc vocabula de operculo ignorantia spi-
 ritualis, vel etiam tegumento mortis cum rece-
 ptâ interpretum sententiâ explicemus, non so-
 lum ipsæ voces seorsim acceptæ, sed etiam to-
 ta phrasis metaphora venustissimâ, gratissimâq;
 explicabuntur, ac iste versiculus septimus aptis-
 simè tum præcedenti sexto, tum subsequenti
 octavo subjungetur. De Judæorum crassa
 B igno-

ignorantiâ notum est caput II. Cor. III, 14. 15. 16. in quo hujusmodi *καλυμμα* velamen seu operimentum Judæorum oculis, e ignorantia occæcatis impositum, sic à Paulo scribitur & describitur: *Obtusi sunt sensus eorum. Usq; in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione Veteris Testamenti manet non revelatum, (quoniâ in Christo evacuatur) Sed usq; in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cùm autem conversi fuerint ad Dominum, auferetur velamen. Crassior verò adhuc ignorantia fuit in gentilibus, qui prorsus hæc ante conversionem suam capere non poterunt, sed pro stultitia habuerunt I. Corinth. XI. 14. Sic etiam mortuorum capita fasciis involvuntur, & ipsorum loculi operimentò teguntur. Quando itaque Christus, stans super pulvere nostro, mortuos excitabit Johan. V, 25. ut ipsi, veluti Lazarus fasciis involutus, è sepulchris suis prodeant, Joh. XI, 44. annon commodissimè Christus operculum quoque mortis solvisse & removisse dicetur? Et sanè si mortem late sumas, prout & corporalem & spiritualem complectitur, ac ab eâ per Christum liberati sumus, tunc involucrum & operimentum commodè ad utrumque quoq; referri poterit. Et sic quod metaphoricâ voce dixerat Prophe-*

ta, verſu 8. dilucidius exponit, dicendo, mortem absorbebit in victoriam. Quæ ſequuntur verſu 8, 9, & 10. ad verbum etiam de ſalute in Chriſto Jeſu fidelibus partâ, prælucente Apocalypſi exponi poſſunt. *Et auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de uniuersâ terrâ, quia Dominus locutus eſt. Et dicet in die illa: Ecce Deus noſter iſte: expeſtauimus eum, יְיָ אֱלֹהֵינוּ & ſalvabit nos: iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, exultabimus, & letabimur in ſalutari eius. Quia requieſces manibus Domini in monte iſto: Cum quibus tripudiû in nuptiis Agni Ap. XIX, 7. conferes. Hactenus contextus immediatè pulchrè cohæret. Tandè ſi totum c. XXV, prout cû præced. XXIV & ſeq. c. XXVI, connectitur, evolvas viciffim noſtra Interpretatio firmò talò conſiſtet: Nam v̄ 21, 22, 23. c. XXIV. communiter Patres de ultimis temporibus & claritate filiorum Dei futurâ interpretantur. Caput verò XXV. ſubſequens canticum Eccleſiæ Chriſtianæ collætantis continere, per ſingulos verſus doceri poteſt. Contrà verò ſi Grotianum filum ſequaris, multis te indues abſurdis & contortis explicationum involucris, ut argumentum peti poſſit*

IV. Ex difficultatum & abſurditatum Grotianam ſententiam ſequentium,

multitudine. Ex quibus hæ sunt insignes:
 (a) *Spiritum Sanctum*, qui I. Corinth. XV. 54. scribit: κατεπέθανό θάνατον εἰς ἰν̄ in Novo Testamento non genuinum locum de mortis abolitione omnimodâ attulisse, quùm dictum de terrore Assyriorum à populis removendo loquatur.
 (β) *Eundem Spiritum veritatis*, in Veteri Testamento, videlicet in ipso Prophetâ, admodum hyperboticè locutum fuisse, si scripisset de tranquillo statu Hiskiaë, per quindecim annos durante, mortem seu formidinem mortis, ab hoste Assyrio inferendam, absorptam fuisse in sempiternum, quùm tamen post caput XXXVIII. in quo vitæ prolongatio, ac è manu Assyriorum liberatio ψ. 5, 6. promittebatur, sequente statim cap. XXXIX. captivitas Babylonica omnium tristissima gravissimaq; prænunciatur. (γ) In scripturæ explicatione, quæ per parallelismum haberi potest commodum, ad catachresticas acceptiones, quas tamen Grotius ex aliis. Scripturæ phrasibus non fundavit, nec fundare potuit, descendendum esse. Et quæ his sunt affinia. Tandem probari etiam potest hæc Explicatio nostra.

V. *Ex communi Interpretum consensu.* Patrum autoritatem allegat Cornelius à Lapide Commentario in caput XXIV, XXV, & XXVI. Esaiæ.

Esaiaë. Horum sententiam *Nostrates Theologi*, qui Spiritum Sanctum, optimum suorum vaticiniorum interpretem, meritò venerantur, suâ explicatione comprobant, uti Biblia Vinariensis supra allegata fuerunt. Ex *Reformatis* etiã ipse *Calvinus*, licet in multis aliis Judaizet, cum suis *Affectis* hoc etiam de statu Ecclesiæ Novi Testamenti interpretatur, ut ita non iniquè miseris, quàm Philologis magnorum Interpretum *Antiquitas & Autoritas* quantivis pretii esse videatur, Clarissimum tamen Philologum *Hugonem Grotium* in Notis Biblicis Veteris Testamenti eam despiciatui ducere, scholiisq; noviter excogitatis, & sine probatione allatis, utramque complere paginam. Sed de his publica *αυθεντικῶς* plura suggeret.

Jam ad ipsam *ORATIONEM SOLENNEM*, quâ *Christus*, morte in victoriam absorptâ, caput gloriosum tumbo extollens, collaudabitur, accessum faciemus. Habebit eandem die XIX. Aprilis Horâ Nonâ matutinâ *Ornatissimus Petrus Eckhardus, Rummelsburgo-Pomeranus, MAGNIFICI SENATUS* in publico Convictorio *Alumnus*, nec convictorii tantum, sed pietatis, virtutû, & bonarum quoq; literarum *ALUMNVS*, qui divinam Resurgentis Majestatem, & Resurrectionem ipsam, qua fructum parturiens immor-

salem, voluptatem nobis pariat eternam, sermone
 non indocto cōmendabit. Quinimō in Exercitiis
 meis Theologicis hoc Alumnorum laudi volo tribu-
 tum, quod illorum plurima per hos exequar, si-
 ve Thema Theologicum Orationis flore convestiant,
 sive in Disputationibus munita Respondentis & Oppo-
 nentium subeant, ut ita Magni Patroni, sumptus
 erogatos cum foenore locari, ex ipsis pecimini-
 bus dijudicare possint. Uti gratō quoque animō
Magnifici Scholarchae Collegii muni-
 ficentiam noster interpretatur *Eckhardus*, quōd
 illud ex publico suo *Ærario*, ut reliquorum, ita et-
 iam hujus *Perorantis* indigentiam sublevārit, &
 hisce temporum difficultatibus pietatis & bo-
 narum literarum Gymnasmatā pari cum laude
 sustineat, hoc ipsō exhortationem *Megalandri*
Lutheri, ad omnes Germaniæ Consules Tomo
 II. Jenensi conscriptam, explens, qui pag. 471.
 fol. 2. UNI FLORENO TURCIS etiam, à cer-
 vice nostrā abigenus, impendendo, CENTUM FLO-
 RENOS puerorum informationi magis necessarios
 praefert, & aequè Scholarum, ac *Armatura*, ma-
 nisum, fossarum & viarum publicarum curam tem-
 pore quoq; difficillimō habendam statuit. Bellicis
 quidem sumptibus, *Æraria* publica, privaque
 marsupia atterentibus, hoc plerumque bonis
 literis insidiosa & invidiosa curat tenacitas, ut
 mandari

mandati divini, largi promissi, sui Christiani officii, & fidei ἀνυποκρίτως operibus charitatis contestandæ immemor, obulos, Christi fratribus impendendos, ferratis contineat claustris, divini ignara iudicii, quod, ut Lutherus in Præfatione super Haggæum Germanicâ magno monebatur spiritu, *grandem etiam vim pecunia dissipat, Elemosinas, Ecclesia, Scholis & Pauperibus subtraetas, cum caterorum bonorum usurâ ferocibus & insultantibus milieibus spoliâ & ludibria distribuit, unâq; consilii politici aberratione plurium annorum impensas, divina gloria negatas, punit & vindicat, uti contra, precibus pia juvenutis ad DEVM effusis provocata Patris cælestis clementia Republica consilii benedicit, implicita periculis explicat, & benignitatis sue fluminibus contra hostium cogitata, & supra civium vota refundit, quod ipsum GEDANUM nostrum, inter tot hostium minas & insidias clementer conservatum, hætenus fuit expertum. DOMINUS verò noster JESUS CHRISTUS, orbis & orci Victor potentissimus, hæc omnia, quæ gloriosæ & victoriosæ Resurrectionis memoriæ fuerunt destinata, largissimâ benedictione remunerabitur, & hanc Civitatē, umbone gratiæ protectam, pacis alumnam, benedictionis vehiculum, & verbi sacri, bonarum literarum & virtutum nutriculam, vi promissio-*

missio.

missionis, Psalm. XLI, 2. factæ, malo etiam tempore, ab omni malo liberabit & conservabit.

Ut autem huic pietatis Exercitio suus etiam splendor ex Magnorum Virorum frequentia quærat, *Magnificos, Nobilissimos, Amplissimos, Plurimum Reverendos, Consultissimos, Expertissimos, Excellentissimos, Clarissimosq; Dominos Patronos, Promotores Fautores & Amicos, Hospites omnium Ordinum & Dignitatum honoratissimos,* ad hoc pietatis genus, Christo ex mortis prælio Victori sacrum, eâ, quâ par est, observantia invitamus. *Studiosam verò iuventutem* paternè exhortamur, ut hujusmodi ampla beneficia, quæ à *Magnifico Senatu & in eo Nobilissimo Scholarchali Collegio* proficiscuntur, gratâ mente veneretur, vitæ sanctimonix studeat, bonis literis diligenter incumbat, & sancto precum officio fervidè continuatò, pacis munera civitati nostræ exoret, ac deniq;, quod officii suadet ratio, ad præsentem Actum decenter confluat. P. P. Gedani d. 15. Aprilis Anno M. DC. LVII.



34
VATICINIUM QUARTUM
PROPHETÆ ESAIÆ
MUNIFICAM SPIRITUS SAN
CTI EFFUSIONEM
promittens,

Quo,
ORATIONIS THEOLOGICA
SOLENNIS LOCO,
GRATIOSA SPIRITUS S. INHABITATIO
cum Templo Salomonis eleganter
comparata & descripta

à
CHRISTOPHORO WESELOVIO
Verdâ - Saxone.

Die 14. Junii Anno M. DC. LVII.

Hora IX. matutinâ in Auditorio Majori recitanda
intimatur.

Adquam audiendam bonarum Artium
Meccœnates, Patronos, ac Fautores
Dignitatis, Eruditionis, ac Generis splen-
dore conspicuos, cultu animi debito, ac obser-
vantia invitât ; juventutem autem, Pietati &
bonis literis incumbentem, illi in-
teresse jubet

D. JOHANNES MAUKISCH
SS. Theol. Prof. Publ. Gymnasii Geda-
nensis Rector, & ad SS. Trinitatis
Pastor.

Typis VIDUÆ GEORGII RHETII,

Dexterâ Dei exaltatus, & pro-
 missione SS. acceptâ à Patre, effudit hoc
 donum, quod vos videtis & auditis, ita
 Petrus Magnalia Dei diversis lin-
 guis elocutus, & ex rudi Piscatore profundissi-
 mus redditus Theologus, Christi Ascensio-
 nem & ad dexteram cœlestis Patris Ses-
 sionem cum Spiritus Sancti effusione ar-
 ctissimè conjunxit, & hoc mysterium, ab omni
 seculo absconditum, divina pandit Eloquen-
 tiâ, sanctissimo suo instituto id organorum ap-
 plicans, quod è *Disciplinis Instrumentalibus*,
 magnopere necessariis, magni nominis hodie
 mutuantur Theologi. Lingvarum certè noti-
 tia sic cadit in Theologum, ut si ea absit, vix
 ac ne vix quidem nomen suum sustinere, ac-
 citius in vitæ humanæ usu cultro, quàm in ac-
 curatiore Theologiæ Studio Linguarum no-
 titiâ carere possis. De quo leges amabo D.
 Luth. Tomo II. Jen. Germanico. p. 474. f. 2. Sed
 eam Petrum cum cæteris Apostolis habuisse
 excellentissimam, ex optimo dicendi Magi-
 stro per Apostolos loquente, Spiritu videlicet
 Sancto, ex habitûs divinitus infusi naturâ, & his
 ipsius Lucæ verbis Act. 2. v. 4. ἤρξαντο λαλεῖν ἑτε-
 ραῖς γλώσσαις καθὼς τὸ πνεῦμα ἐδίδασκε αὐτοῖς ἀπο-
 φθεγγεσθαι. & v. 6, 7, 8, γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης,
 συ-

συνῆλθε τὸ πλῆθος, καὶ συνεχύθη, ὅτι ἤκουον εἰς ἕ-
 κας τῆ ἰδία διαλέκτῳ λαλόντων αὐτῶν. ἐξίσταντο
 δὲ πάντες καὶ εθαύμαζον, λέγοντες πρὸς ἀλλήλους:
 οὐκ ἰδὲ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλῶντες γαλιλαῖοι;
 καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστῶ τῆ ἰδία διαλέκτῳ
 ἡμῶν ἐν ἧ ἐγεννήθημεν, colliges. ἰδίᾳ παιηῶ; διαλέ-
 κτῳ λαλεῖν proprio cuiusq; linguæ idiomate ver-
 ba facere, prout ipse Lingvarum Autor ἀπο-
 φθέγγεσθαι sonorâ id voce exprimere docuit
 & dedit, ac alius in propriâ suâ dialecto, in quâ
 natus est, loquitur, hoc ipsum barbarismos &
 Solœcismos sub ferulâ Scholasticâ damnatos
 ægrè admittet, ut ita Christiani Orationem
 eam, quam Apostoli ἐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης
 σοφίας λόγοις ἀλλ' ἐν διδακτοῖς πνεύματῶ ἀγίῳ I.
 Cor. 2, 13. elocuti fuerunt, huiusmodi vitii &
 erroris, citra pudoris, ne dicam blasphemix,
 notam insimulare non possint. Logicorum est
 ea, quæ sunt consentanea, conjungere, quæ
 verò dissentanea, probè discernere, ac tan-
 dem veram thesιν & Sententiam argumentis
 & probationibus genuinis ac didascalicis confir-
 mare, ac consolidare, quo veritas, veluti pu-
 teo immersa, eruatur, ac in lucem protraha-
 tur. Id partium sibi quoq; dari censuit Apo-
 stolus Petrus, divinam veritatem de Spiritus
 S. effusione manifestaturus, quando originem

hujus stupendi effectus ab adversariis malitiose
 se pietam & effectam Act. 2, 13. Calumniae con-
 vicit v. 14, 15. & contra causam certissimam, ve-
 rissimam, divinissimamq; ex divinis Scripturae O-
 raculis produxit, ac in Orationis contextu, quo-
 modo Spiritus Sancti miraculosa effusio Domi-
 ni nostri Jesu Christi Passionis, Resurrectionis,
 Ascensionis & Sessionis ad dexteram Dei con-
 sequens ex divinae predictionis veritate necessa-
 rium fuerit, ex planavit atq; demonstravit. O-
 rationem ipsam si respicias, illa sic composita
 fuit, ut verborum lenociniis, ceu fucio Orato-
 rio, remotis, sermone proprio, perspicuo, & Ma-
 jestate caelesti per digno (cujus τὸ κήρυγμα ἐκ ἐπι-
 θεῖς ἀνθρώπινης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει
 πνεύματος καὶ δυνάμεως 1. Cor. 2. v. 4, 5.) totum
 dicendi argumentum explicuerit, eò feliciter
 sine Oratoria, quem persuasionem dicitis, potius,
 quò simplicius, apertius & solidius causam omnem
 peroravit, unâq; Oratione divinâ corda Audi-
 torum compungente Act. II. 37. à tenebris ad
 lucem, & ex potestate Satanæ ad Deum vi-
 ventem Act. XXVI. 18. uno die tria hominum
 millia convertit, Act. II, 41. tam sperato scil.
 & exoptato successu, ut velut ex uno flumine
 varii deducuntur rivuli, ex uno oceano flumi-
 na surgunt omnia Eccl. 1. 7. hic ex unâ Spiritus
 S. gra.

S. gratiâ oleum lætitiæ per totum terrarum orbem fuerit effusum, Christiani veluti salices ad rivos aquarum creverint, ac instar turmarum Spiritualis militiæ ê Judæis & Christianis multitudo maxima, quæ nomina sua Christo vitæ Imperatori dederat, confluerit. Nec hæc casu contingere fortuito, sed ipse Jehova in Vet. Testam. præclarissimè Spiritus Sancti effusionem, & ex eâ tantum piorum affluxum Esaia C. XLIV, 3, 4, 5, prædixit.

כִּי אֶצְקֶה מַיִם עַל-צִמְאֹת וְכִזְלִים עַל-
 יַבְשׁוֹת אֶצְקֶה רוּחִי עַל-זֶרְעֶךָ וּבִרְכָתִי עַל-
 צִמְצֻמֶיךָ: וְצִמְחוּ בֵּין חֲצֵיר כְּעֲרָבִים עַל-
 יְבֵלֵי מַיִם: זֶה יֹאמֵר לִיהוּדָה אֲנִי זֶה
 יִקְרָא בְּשֵׁם יַעֲקֹב זֶה יִכְתֹּב יָדוֹ לִיהוּדָה
 וּבְשֵׁם יִשְׂרָאֵל יִבְנֶה:

Chaldaicè

אֲרִי כְּמַתְיָהִבִּין מֵיָא עַל אֶרֶע
 בִּירַת צִחְוֹנָא וּמִתְכַּגְדִּין עַל יְבִשְׁתָּא כִּן
 אֶתֵּן רוּחַ קוֹדֶשִׁי עַל בְּכָךְ וּבִרְכָתִי עַל בְּנֵי
 בְּכָךְ: וְיִתְרַבּוּן צְדִיקָא רַבִּיכִין וּמִפְּנִקִין כֻּלָּב
 כֻּלְּבָבִי

כַּלְבֵּלִי עֵסֶב כְּאִילָן וְהִשְׁלַח שְׂרָשׁוּהֵי עֵנָב
 וְדִין דְּמִין דִּין יִימַר מִדְּחַלְיָא דִּי אֲנָהּ וְדִין
 יִצְלִי בְּשׁוֹם יַעֲקֹב וְדִין יִקְרִיב קוֹרְבָנִיהָ קִד
 קָדָם יְיָ וּבְשִׁמְנֵי דִישְׂרָאֵל יִתְקַרֵּב :

LXX. Viralis Versio.

Ὅτι ἐγὼ δώσω ὕδωρ ἐν δίψει τοῖς πορευομένοις
 ἐν ἀνύδρῳ, ἐπιθήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τὸ σπέρμα σου
 καὶ τὰς εὐλογίας μου ἐπὶ τὰ τέκνα σου, καὶ ἀνατε-
 λῶσιν ὡς ἀνάμεικτον ὕδατος & χόρτου. καὶ ὡς ἵτεον
 ἐπὶ παραρρέον ὕδωρ. Οὕτως ἐρεῖ, τὸ θεὸς εἰμι, καὶ
 ἔσται βοήθεια ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακώβ, καὶ ἕτε-
 ρος ἐπιχράσει χεῖρὶ αὐτοῦ, τὸ θεὸς εἰμι, καὶ ἐπὶ
 τῷ ὀνόματι Ἰσραὴλ βοήθεια. Vulgata sic reddidit:

*Effundam aquas super sitientem & fluentia su-
 per aridam, effundam Spiritum meum super semen
 tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.
 Et germinabunt inter herbas quasi salices juxta pra-
 terfluentes aquas. Iste dicet, Domini ego sum: &
 ille vocabit in nomine Jacob, & hic scribet manū suā
 Domino, & in nomine Israel assimilabitur. E Re-
 formatis Clarissimus Dn. Junius cum suo Tre-
 mello sic interpretatus fuit. Effundam (23)
 aquas super sitientem, & fluentia super aridam; ef-
 fundam Spiritum meum super (24) semen tuum, &
 benedictionem meam super prognatos tuos. Et ef-
 flo-*

florescent velut inter gramen, velut salices, in quã
 secundum processus aquarum. (25) Hic dicet, Je-
 hova sum, & iste vocabit nomine Jahakobi: ille
 verò scribes manu suã, sum Jehova, & de nomine
 Israelis cognominabit. Et innotis Textum sic ex-
 plicuit. id est (23) Spiritum & benedictionem
 omnimodam in Christo copiosè largiar; quemad-
 modum hac allegoria sequente membro exponitur.
 (24) id est, Ecclesia filios ex Judais & gentibus ad-
 unatos & genitos in Christo, ut apparet ex versu
 20. (25) id est, profitebuntur singuli se filios esse
 Dei & Ecclesie, ut Ps. 87. & fratres in eandẽ Ecclesiã
 adscitos & cooptatos predicatione verbi ac ministe-
 rio suo testificabuntur: sive (ut Paulus ait) serva-
 bunt se & eos qui ipsos audiverint. Quæ scho-
 lia cum notis Bibliorum Vinariensium, Mega-
 landri Lutheri versionem sic illustrantium, ut
 & communi nostratium Theologorum in-
 terpretatione apprimè conveniunt: Ich wil
 Wasser (den H. Geist) glessen auff die Dur-
 stige / und Ströme auff die Dürre / (von
 Natur sind alle Menschen dürre und durstig /
 werden aber durch den H. Geist befeuchtet / er-
 quicket / getränktet und fruchtbar gemacht) Ich
 wil meinen Geist auff deinẽ Samen glessen /
 und meinen Segen auff deine Nachkommen.
 Daß sie wachsen sollẽ (in der Erkenntniß Got-
 tes / und in guten Wercken /) wie Graß / wie

Die Weiden an den Wasserbächen. Dieser wird sagen: Ich bin des Herrn/ und jener wird genennet werden mit dem Namen Jacob (* H Luth. das ist/ Hie und dort / und allenthalben werden Christen seyn/ auch unter den Heyden/ *) und dieser wird sich mit seiner Hand dem Herrn zuschreiben/ und wird mit dem Namen Israel genennet werden/ (Nach der Ausgießung des H. Geistes über die Apostel wird das Evangelium in aller Welt geprediget werden/ und Frucht bringen/ daß aus allen Völkern zum Reich Christi und seiner Kirchen sich etliche bekehren/ und die rechten Israeliten wollen genennet werden. Nostratum itaq; Theologorum sententia est, hoc Vaticinium Esaiæ de effusione Spiritus Sancti in Novo Testamento futurâ explicandum esse, quo sine etiam plerumq; hæc dicta, ceu loca parallela ad marginem apponuntur. Es. XXXV, 6, 7. Joël. II, 28. Joh. VII, 38. Act. II, 17, 18. Hanc explicationem *Nicolaus de Lyra*, uti ex Novi Testamenti jubare plurimis Veteris Test. vaticiniis lucem accendit, verbis comprobat sequentibus; *Circa primam partem sciendum, quod aliqui Doctores Catholici eam exponunt de liberatione populi à captivitate Babylonica, quam promiserat Deus ante per Prophetas: & de prosperitate ejus temporali & spirituali post illum reditum:*

tum:

rum: Sed quia populus non legitur tunc tantam prosperitatem habuisse: sicut dictum fuit supra XXXV; ideo Ra. Sal. exponit eam magis catholicè quantum ad hoc de impletione promissionis factæ ipsi Jacob. Gen. XXIX.c. Erit sementuum quasi pulvis terra: dilataberis ad orientem & occidentem &c. Quam promissionem Ra. Sal. dicit implendam tempore Messie per conversionem aliorum ad ejus fidem, & in hoc verum dicit. Calvinus & Musculus in commentariis suis super Esaiam hoc explicant de liberatione ex captivitate Babylonicâ. Quos etiam sequitur Bullingerus, qui deinceps typicè hoc ad effusionem Spiritus Sancti transfert, Homil. 125. in Esaiam. *Ceterum, inquit Bullingerus, rationem evidentem subjicit, ob quam non timeant, promissionem amplissimam & liberationis & abundantissimorum Dei donorum. Quia effundam aquas super sitientem, &c. Allegoricus est sermo. Statum enim populi captivi in Babylone, comparat prato vel agro hybernis nivibus & pruinis gelidis marcido, quæ, si spirante favonio, verna pluvia abluant, atq; fecundent, revirescunt iterum, magnaq; copiâ gramen & flores veluti profundunt: Ita tamen si inquit in Babylone videatur populus meus oppressus tyrannide & conculcatus, rursus tamen ipsum reparabo & in integrum restituum, per eam potentiam, quâ singulis annis terram marci-*

dam renovans reflorescere facio. Ergò sicut gramen in pratis magnâ provenit copiâ, & sicut salices ad rivos aquarum defixæ, viminibus fœcunda luxuriant & mirum in modum cresunt: Ita multiplicabitur populus meus captivus, ex Babylone liberatus, & mirum in modum florebit in patriâ, felixq; erit & faustus. Ad interpretationem hujus promissionis, pertinet alterum sententiæ membrum. Prius mēbrū illud est, Effundā aquas super sitientē, & flumina super aridā. Posterius & alterū membrū illud est, Effundā Spiritū meū super semen tuum, & benedictionem meam super germina tua. Ergò quid intellexerit per sitientem & aridam, exponit per semen tuum & germina tua. Quid verò significavit per aquas & flumina, interpretatur per spiritum & benedictionem. Et huc pertinere videtur illud Davidis, ē Psalm. 104. Emitte spiritum tuum, & recreabuntur, & renovabis faciem terræ. Et cum liberatio ē Babylone, typum præulerit generali & magnæ liberationi per Christum, ex captivitate peccati, Satanae & condemnationis, rectissimè hæc applicantur gratiæ Novi Testamenti, qua in presenti est præannunciata. Ubi sanè effusionis & fluminum vocabula, abundantiam gratiæ Dei significant, Sitientis & Arida voces, statum adumbrant hominum peccatorum, animo ob peccata afflictorum & gratiam Dei sitientium. Aqua & flumina
sunt

sunt ipse Dei Spiritus & benedictio Dei, quae effici-
 tur in regeneratis, ut in omni pietate, justitiâ & san-
 ctitate floreat, juxta illud Propheta Davidis, & e-
 rit sicut lignum, quod plantatum est ad rivus aqua-
 rum, quod profert fructum tempore suo. De hæc
 gratiâ Dei & donis Dei per Spiritum sanctum col-
 latis & conferendis adhuc fidelibus omnibus, extant
 præclara testimonia in sancto Evangelio apud Joannem
 in 4. & 7. cap. Ac commemoratur effusus esse
 Spiritus sanctus maximâ ubertate, juxta Joëlis
 quoque vaticinium, in discipulos Domini, apud S. Lu-
 cam in Actis cap. 2. Huc pertinet etiam quod præ-
 cedente cap. audivimus, *Aperiam flumina in soli-
 tudine. &c.* Id quod præsentibus verbis significan-
 tius jam explicatum est. Calvinus vestigia præ-
 mit Clarissimus Philologus Hugo Grotius, qui ut
 in reliquis tribus vaticiniis, hætenus confide-
 ratis, Spiritus Sancti Autoritatem, per Aposto-
 stos dicta Veteris Testamenti de Christo ex-
 plicantem, deseruit, ita & hoc de vaticinio se-
 quiozem hanc tradit paraphrasin: *Effundam
 aquas super sitientem, & fluentia super aridam.*
 Quid hæc metaphora significet, statim expli-
 cat: *Effundam Spiritum meum super semen tuum.*
Dabo ex te Prophetas, Jeremiam, Ezechie-
lem, Aggæum, Zachariam, Malachiam. Et
benedictionem meam super stirpem tuam Efficiam

ut multa tibi sit soboles. *Et germinabunt inter herbas sicut salices inter aquarum rivulos, ita eminebunt inter populos: Quantum lenta solent inter viburna cupressi. Iste dicet, Domini ego sum. Quilibet, abdicatis idolis, Deo serviet. Et ille vocabit in nomine Jacob. Volet se haberi non tantum de posteris Jacobi, sed & ejus imitatore. Hic scribet manu sua Domino. LXX, non male Πιχράψει: τῇ χειρὶ αὐτῆς, τὸ θεοῦ εἶμι. Sicut milites Imperatoris nomen in manuscriptum habebant. Et in nomine Israel assimilabitur.) Cognominabitur ἀληθῶς ἰσραηλῆτης ἐν ᾧ δόλῳ ἔκ ἐσι. Joh. Evang. I. 47.*

Proinde operam nostram non male locabimus, si per genuina bonæ interpretationis media cōjunctim sumpta ostendamus, hunc *Textum sensu literali & à Prophetâ Esaiâ intento de copiosa Spiritus Sancti effusione in N. Testamento futurâ loqui & sic insigne vaticinium in N. Testamento implendum hic contineri. Quæ nostra explicatio se conformat*

I. Ad Christi explicationem, de Spiritus Sancti effusione miraculosâ traditam, ac ipsam Novi Testamenti historiam in Actis descriptam. Salvator noster ait Joh. VII. 37, 38, 39. Ἐάν τις διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μεν καὶ πινέτω. Ὁ πιστεύων εἰς ἐμε, καθὼς εἶπεν ἡ γερουσία

φῶς

Φη, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῶν ρεύσασιν ὕδατ^α
 ζώντ^α. (Τῆτο δὲ εἶπε περὶ τῶ πνεύματ^α, ὃ ἔ-
 μελλον λαμβάνειν οἱ πιστεύοντες εἰς αὐτὸν: ἕπω γὰρ
 ἦν πνεῦμα ἅγιον, ὅτι ὁ ἰησοῦς ἐδέπω ἐδοξάσθη) Vul-
 gata transtulit: *Siquis sitit, veniat ad me, & bibat.*
Qui credit in me, (sicut dicit Scriptura) flumina
de ventre ejus fluent aqua viva. Hoc autem dixit
de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum.
Nondum enim erat Spiritus Sanctus (datus) quia
Jesus nondum erat glorificatus. Quibus in verbis
Christus promittit, se post glorificationem su-
am per ascensionem in caelum & sessionem ad
dexteram Dei Spiritum Sanctum super Apo-
stolos & credentes tūm ἐ Judæis, tūm ἐ genti-
libus, veluti sitientia & arida pectora effusu-
rum, quam etiā promissionem Festo Penteco-
stes, & subsequētis temporibus largē implevit,
de quo Acta Apostolica c. II, IV, II, X, XV, XIX.
loquuntur. Hanc autem effusionem super siti-
entes & credētes, secundū Scripturā futurā esse di-
cit, καθὼς εἶπεν ἡ γραφή, sicut dicit Scriptura. Hinc
nobis incumbit, ut ejusmodi vaticinia in Vete-
ri Testamento scrutemur, in quibus fiat pro-
missio Spiritus Sancti, qui super sitientes &
credentes effundatur. In his jam eminent lo-
cus iste Es. XLIV, 3, 4, 5. ἃ nobis haecenus lau-
datus. Cujus singula verba de Gratiōsâ Spi-
ritus

ritus Sancti effusione & gentilium in Novo Testamento conversione facta quam optime convenientissimeq; possunt exponi. Et ita nostra explicatio respondet

II. *Genuina, & in Scripturis, praesertim Novi Testamenti, tradita verborum significationi.* *Effundam aquas super sitientem & fluenta super aridam.* Haec verba non accipi proprie de Aquis & illarum effusione ac irrigatione, proprie sic dicta, docent verba immediate subsequencia. *Effundam Spiritum meum super semen Tuum.* & collatio loci paralleli Joh. VII. 37, 38, 39. Ubi credentes sitientibus, scilicet iustitiam in Christo Jesu Matth. V, 6, assimilantur, & flumina aquarum de Spiritu Sancto exponuntur. Calvinus quidem scribit in Commentario suo super Iohannem p. 85. *Est quidem satis dura in speciem metaphora, quum fluvios aquae viva e ventre fidelium fluxuros esse dicit: Sensus tamen minime dubius est, quod nihil bonorum spiritualium unquam defuturum sit credentibus.* Sed nos has metaphoras judicamus *dulcissimas*, easq; ordine aperimus. Nam (a) quando aliquid dicitur *effundi*, tunc idem est ac *copiose & abundanter conferri*, uti in Scripturis tum in *malam partem*,

ut

ut de furore Dei Hof. V, 10. de desolatione Dan. IX, 27. de contemptu Joh. XII, 21. Psalm CVII, 40. de rugitu Joh. III, 24. accipitur, tūm *in bonā partem*, ut quando *amor Dei* dicitur *effusus* in cordibus nostris Rom. V, 5. Et hæc phrasis cum primis de copiosa Spiritus Sancti donatione, quā in Novo Testamento illius charismata largissimè fuerunt distributa, legitur Joël. II, 28, 29. Ezech. XXXVI, 25. Act. II, 17, 18, 33. Tit. III, 6. (β) *Aquis & fluvii* venustè comparatur *Gratia Spiritus Sancti*. Sicut enim aqua terram reddit frugiferam, dura emollit, impura mundat, & sitim extingvit. Ita etiam Spiritus Sanctus suos divinos edit fructus, Gal. V, 22, cor molle & carneum gignit, Ezech, XXXVI, 26, 27. ceu aqua Munda Ezech, XXXVI, 25, nos purificat per fidem Act. XV, 9, & sitim spirituales extingvit ac mirificè reficit. Hinc (γ) *אֲרִיזָה* & *אֲרִיזָה* *sitientis* in Masculino Genere, & *arida*, scilicet terra, in fæminino genere de cordibus, justiciam Christi sitientibus Matth. V, 6. & Spirituales succi & vitæ expertibus Eph. IV, 18, rectè exponitur. Lyranus per sitientem, terram *Judeam*, per aridam *gentilitatem* intelligit. Nec istud incongruè. Israeliticus namq; populus, & in eo cum primis apostoli hoc Davidicum Psal.

KLII.

XLII, 3. לְאֱלֹהִים צְמָאָה *sitit anima mea ad Deum*, suum facere poterant, & contra gentiles ab omni spiritualis vitæ succo abalienati erant Eph. IV, 18. Quando itaq; Spiritus S. super hæc sitientia & arida pectora fuit effusus, tunc verè impletum est illud Psalmi LXVIII. גִּשְׁם כְּדָבוֹת תִּכְיֶה אֱלֹהִים *Pluviam liberalitatum seu liberalissimã stillabas Deus*, ut vertit Junius. Vulgata: *Pluviam voluntariam segregabis Deus*. Et quando in ipsorum cordibus sua effudit charismata, ut magnalia Dei elocuti fuerint Act. II, 11. quis non ab illorum ventre, veluti spirituali scaturigine, flumina promanasse confitebitur? Chaldæus interpretata posteriora verba, effundam Spiritum meum, cum prioribus connectit: אֲרִי בְּמֵה:

דְּמַתִּיהֶבִין מֵיָה עַל אֶרֶץ בֵּית צְחֹנָנָה וּמִתְנַגְדִּין עַל יְבִשְׁתָּהּ כִּן אֶתֵּן רוּחַ קִדְשִׁי עַל בְּנֵי וּבָרַכְתִּי עַל בְּנֵי בְּנֵי

Igitur sicut dantes aquam super terram domum sitis; (s. siticulosam) & trahentes super aridam, SIC dabo Spiritum sanctitatis meæ super filios tuos & benedictionem super filios filiorum tuorum. Hic notes (α) per SIC exprimi verba similitudinis, quod effusioni aquæ copiosa Spiritus S. donatio assimiletur. (β) per Spiritus

tus

tum à Chaldæo intelligi ipsum Spiritum Sanctum, uti eum vocat Spiritum sanctitatis meæ. Et sic non hic respici ad renovationem aliquam Naturalis, sed spiritualis vitæ. Sicut & hæc phrasis, effundam Spiritum meum, non de vitâ Naturali, sed spirituali accipitur. Calvinus quidem scribit p. 365. Commentarii sui in Esaiam: Alibi quoq; Spiritus Dei vocatur aqua, sed aliâ significatione. Cùm Ezechiel XXXVI, 25 tribuit Spiritui Sancto aquarum nomen, simul purgationis intuitu aquas mundas appellat. Postea etiam Isaias infra LV, 11. ritum, aquas vocabit, sed aliâ ratione: quòd scilicet arcano virtutis suæ succo animas vegetet. Verùm, latius patent hæc Propheta verba, quia hic non simpliciter agitur de Spiritu regenerationis, sed allusio est ad universalem gratiam, qua per omnes creaturas expansa est: & cuius mentio fit Psalm. CIV, 30. Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabit faciem terræ. Sicut enim illic predicat David, animari omnes mundi partes, quatenus arcanum illis vigorem Deus inspirat: deinde instruit Deum virtute & potentiâ, quâ repente, quoties visum fuerit, collapsum celi & terræ statum instauret: ita nunc eâdem ratione aquam vocat Isaias subitam Ecclesia renovationem: ac si diceret in arbitrio Dei esse Ecclesia renovationem: non minus, quàm steriles & propè estu torridas terras rore vel pluviâ fecundat. In quo Bullingerum & Musculum

sculum habet consentientes. Verùm si subsequen-
 sequentia verba cum analogiâ fidei conferan-
 tur, & conversio gentilium ad Deum spectetur,
 uti hîc describitur; Nemo non intelligit
 minus congruè Psalmum CIV, 30. ceu paralle-
 lum applicari, cùm illic de creatione & reno-
 vatione vitæ naturalis, hîc verò spiritualis,
 quam Spiritus sanctitatis in cordibus efficit, agatur.
 Sicut & Clarissimus Junius Calvinus agmine, ut in multis deserit, deserto, nobiscum
 hæc rectius de Spiritu Sancto in N. Testamen-
 to effuso explicuit. Proinde hæc verba: *Effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam*, de gratiosâ illâ promissione Spiritus Sancti commodè accipimus, quando Petrus ait Act. II, 38, 39. *Accipietis Spiritum Sanctum, Vobis enim est repromissio & filiis vestris.* Dicuntur verò postea
 אֲנִי אֲנִי אֲנִי à Radice אֲנִי egressus est, exiit, quod posterius veluti planta à stirpe suâ egrediantur. Ita accipitur Jobi V, 25. & c. XXVII, 14. Es. LXI, 9. Lyranus semen sumit individui-
 ficè *μικροσκοπος* de Christo hoc modo: *EFFUNDAM A QUAS, divina Gloria, SUPER SITIEN- TEM s. Judæam. ET FLUENTA, sanæ doctrinæ, SUPER ARIDAM, i. gentilitatem.* Ultraq; enim supra nominata est deserta & solitudo. XXXV. Et eadem ratione dicitur hic: *Sitiens & arida.* Et quod per aquas istas intelligatur divina gratia, ostenditur cum subditur: *EFFUNDAM SPIRITUM & c. i. super hominē Christum:*
 qui

19

qui secundum carnem descendit de semine Jacob : & ab instanti incarnationis fuit repletus Spiritu Sancto. ET BENEDICTIONEM MEAM &c. Id est super Apostolos & alios Christi discipulos : qui fuerunt Judaei in principio, super quos est effusa divina benedictio in effusione Spiritus Sancti super ipsos in signo visibili. Quæ explicatio Analogiæ fidei non est contraria Nam *ἐκ ἐκ μέτρα* non secundum mensuram, Mesiaë, femini illi Abraham benedicto Spiritus fuit datus Joh. III. 34. Hugo Grotius hoc de Prophetis V. Testamenti sic interpretatur: *Effundam aquas super sitientem, & fluentia super aridam.* Quid hæc metaphorâ significet, statim explicat: *Effundam Spiritum meum super semen tuum: Dabo ex te Prophetas, Ieremiam, Ezechielem, Aggeum, Zachariam, Malachiam.* Sed ostendat nobis Grotius locum & Scripturâ parallelum, in quo de Prophetis Veteris Testamenti dicatur, quod Spiritus Sanctus super illos effusus fuerit, quæ phrasis de miraculosâ Spiritus Sancti effusione super Apostolos & pios in N. Testamento Joëlis II. 28, 29. Zach. XII, 10. Act. II 17, 18, 33. Tit. III, 6. legitur. Huic jam subjungit Propheta Esaias consequens effusionis hujus spiritualis. Nimirum *v. vitæ spiritualis vigorem. Vulgata: Et germinabunt inter herbas quasi salices juxta præterfluentes aquas.* Fontes *וְצִמְחוּ בְּבֵין הַצֵּיַר כְּעֵרְבִים עַל-מַיִם* & germinabunt in medio graminis sicut salices super (juxta) fluvios aquarum. Chaldaica versio supra citata hunc verborû sensum tradidit: *Et multiplicabuntur justi teneri & delicati veluti planta (herba, ex corde quasi herbae v. fruticis pullulantes,) sicut arbor mittens radicem suam ad fluvios (seu regiones aquarum)* Sicut enim salices inter viridantes herbas constitutæ, & perpetuo aquarum influxu gavisæ in me-

dio etiam Solis æstu vigore & virore suo mirificè
 animum oblectant: Sic etiam justus Spiritus S. flu-
 mine irrigati in Ecclesiâ sub flagrante crucis ardo-
 re vigent, virentq̃. Ita sub crucis flammâ palato
 tuo dulcissimè sapiet consolatio Petrina 1 Pet. IV.
 ubi Spiritus Sanctus in pio Christiano quiescens
 aquas consolationum aspergit Psalm XXIII, 2. Ad-
 dit Esaias 2. *Fidei Confessionem* secundum illud Rom.
 X, 10. *Corde creditur ad justitiam, Ore fit confessio ad sa-
 lutem.* Quam confessionem emphaticis illustrat si-
 militudinibus, quasi exercitum, è variis populis &
 nationibus Judæis scilicet & gentilibus collectum,
 Iustraturus. Nam (α) ait: יהוה יאמר ליהוה
 אֲנִי iste dicet: *Jehova ego (sum)* Sic etiam LXX.
 εἶπεν, τὸ θεὸς εἶμι. *Iste dicet Domini ego sum.* Ad
 quæ verba Münsterus à Calvino abiens sic scribit
 in Notis Biblicis. *Sensus est, ubiq̃ per orbem erant ho-
 mines, qui de Christiano nomine gloriabuntur, & de nume-
 ro filiorum Abrahamæ & Jacobi esse gaudebunt, etiam si ex
 gentibus nati fuerint.* Chaldæus reddidit: דִּין יִימַר
 מִיָּהוָה לַיהוָה אֲנִי h.e. *hic dicet de confidentibus,
 Jehova ego sum.* (β) בְּשֵׁם יַעֲקֹב יִקְרָא
 LXX. transtulit: καὶ εἰπὲν βοήσεται ἐν τῷ ὀνόματι
 Ἰακώβ. Unde Vulgata: *Et ille vocabit nomine
 Jakobobi, quod ferè cum Chaldæo convenit Inter-
 prete. Et iste orabit in nomine Jacobi.* Münsterus verbū
 יִקְרָא sic vertit: *Et iste vocabit SE nomine Jacob.*
 Sicut & Piscator habet: *Jener wird sich nennen
 mit dem Namen Jacob.* D. Lutherus hoc passivè
 extulit: *Und jener wird geneñet werden mit dem
 Namē Jacob.* Sicut & Es. IX, 6. וְיִקְרָא שְׁמוֹ
vocabitur nomen ejus, pro quâ versione notes D. Glas-

sui canonem 23. l. 3. Tract. 3. pag. 301. & pag. 303.
 (γ) יהוה ירו ליהוה LXX. καὶ ἔτε-
 ρε Πηγάψει χεῖρὶ αὐτῶ, τὸ δεξ εἶμι. Ad quod
 Hugo Grotius: *Sicut milites Imperatoris nomen in ma-
 nu scriptum habebant.* Hanc videtur sequi Junius:
Ille verò scribet manu suâ: Sum Jehovæ. Sic Piscator:
 Und dieser wird mit seiner Hand schreiben / Ich
 bin des H^{er}rn. Vulgata: *Et hic scribet manu suâ
 Domino.* D. Lutherus: *Dieser wird sich mit seiner
 Hand dem H^{er}rn zu schreiben.* Chaldæus Inter-
 pres à literali verborum sensu longius abit: *Et hic
 offeret oblationes suas coram Jehovâ.* (δ) וְבִשְׁמֵ
 יִכְבֹּר יִשְׂרָאֵל LXX. καὶ Πι τῷ ὀνόματι ἰσραὴλ
 βήσεται. Verùm vocabulum יִכְבֹּר significat
 cognominare, uti sequente capite accipitur Es. XLV,
 5. (ubi prorsus aliter vertit LXX: ἢ προσδέξομαι σε
 & *suscipiam te*) Münsterus melius: *Atq; in nomine Israel
 denominabit se.* Junius & Tremellius nomine
Israëlis cognominabit. Piscator: *und wird sich mit
 dem Nahmen Israel zunahmsen.* D. Lutherus
 elegantius: *Und wird mit dem Nahmen Israel ge-
 nennet werden.* Ut itaq; hæc omnia per textus Philo-
 logici analysin diffusa ad unum conferam, dico Pro-
 phetam hic effusionem Spiritus S. describere, tum
 ratione modi, quòd copiosè & gratiosè instar aquæ
 super terram aridâ siccam effusæ conferatur: Tum
 ratione consequentis fructus, quod ipse pios maximè
 refecturus, & ex Judæis & gentilibus unum cætum,
 qui uno nomine spiritualis Jacobi & Israëlis cogno-
 minetur, collecturus sit. Et hoc argumentum.

III. Analogia fidei V. & N. Testamenti ex
 asse respondet, Præter Psalmum LXIIX, 10. supra
 ex.

explicatum, in quo Spiritus Sancti donatio cum pluvia gratissimæ demissione conferebatur, excutitur Psalmus LXXVII, ibi consimili ferè phrasi Ecclesiæ diversis è gentilium populis congreganda ratio & appellatio describitur, ut cuius fontes præsertim Hebraicos adeunti ad oculum pate- scit. Eadem ab effusione Spiritus Sancti in festo Pentecostes factâ Spiritualis Jacobi & Israël's secundum fidem comparatio Apostolo Paulo satis familiaris est, quando de gentium vocatione agit Rom. IX, X, XI, ubi inter liberos Abrahami, Isaaci & Jacobi *secundum carnem*, & deinceps *secundum promissionem* distinguit, c. IX. prædicationem Evangelii etiam inter gentes factam c. X. spirituales gentium inquisitionem, & tandem totius Israël's ex *Israëlitis sanguine & fide talibus*, & gentilibus, qui *secundum fidem tantum* Israël'itæ sunt, salvationem describit. Hæc etiam nostra explicatio

IV. Toti contextui apprimè conformis est. Sicut enim cæteris quoq; Prophetis hoc solemne est, ut pios Veteris Testamenti sub captivitate Babylonica premeos beneficiis Messiaæ populo, è captivitate redituro, præstâdis erigat. Ita nostro Esaiæ nihil est jucûdi q̄ quàm si oculos fidei in bona sub Novo Testamento futura emittat, & ex iis firmisissimam consolationem petat, prout hoc ex capite præcedente XLIII, & subsequente c. XLV, ac pluribus subsequentibus, præsertim c. XLIX. L. LI. LII. LIII. LIV. &c. constat. Complectitur autem potissimum hæc tria hoc caput XLIV. Nam (1) *fæderis sui gratiam*, quam dilectissimo Israeli, Jeschurun tenerè vocato, exhibuit, commendat, ac novâ hâc promissione spiritualis populi Ecclesiæ adjun- gendi

gendi, adauget, *iv.* 1. usq; ad 6. (2) Majestatem suam divinam tumin se, quâ ipse omnia præstare potest & vult *v.* 6.7.8, tum *comparate* respectu idolorum demonstrat à *v.* 9. usq; ad 21, ut ita Jacob ad Deum suum redeat, & remissionem peccatorum consequatur *v.* 21. 22. 23. Tandem (3) pervenit quoque ad Redemptionem è captivitate Babylonicâ per Cyrum faciendam versiculis subsequentibus, & parte c. XLV. Contra verò

V. Calvinii & Grotii explicatio in exponenda phrasi Spiritus Sancti minus cum literis divinis concordat. Ubi enim (1) *Effusio Spiritus*, & ut interpretatur Chaldæus, *Sancti*, vel de universali gratiâ per omnes creaturas expansâ, ut Calvinus vulc Psalmum CIV. allegans, vel de Spirituali gratiâ Jeremiæ & cæteris Prophetis in V. Testamento collata legitur? Ubi (2) secundum Calvinum tanta fuit Judæorum è captivitate redeuntium temporalis felicitas, ut veluti salices ad rivos aquarum floruerint, quum perpetuis bellis exerciti fuerint? Ubi (3) tantus gentilium confluxus, qui cum Israelitis unam constituerint Ecclesiam, quum redeuntes è captivitate in Templi & Civitatis extruendæ societatem gentiles non admiserint, *Esræ IV*, & magnæ gentilium mulierum, licet in matrimonium ductarum, multitudini repudiû miserint, easq; excluderint, *Esr. X.* Quæ omnia contrâ de statu Ecclesiæ in Novo Testamento explicata divina veritate, & Veteris ac Novi Testamenti unanimi nituntur testimonio, de quibus in futurâ Dissertatione super hoc vaticiniû instuendâ pluribus agetur.

Jam ad gratiosam Spiritus Sancti progredimur præsentiam, quâ olim *visibiliter* super Apostolos

los, hodiè verò *invisibiliter* in corda credentium
 effusus, domicilium suum sanguine Christi fide ap-
 prehenso purificat, & per verbum & Sacramenta,
 aquæ in viram æternam salientis scaturiginem in
 suis gignit. De hâc non indocta verborum flumi-
 na noster etiam *Politisimus Christophorus Veselovius*
Verdâ - Saxo, cui *Magnificum Scholarchale Collegiū*
 de sumtibus ad hunc Actum necessariis, & *Amplis-*
simus Scabinatus de victu hactenus prospexit, effun-
 det Hujus ingeniū & elegantius vitæ institutum, ut *Parens*, to-
 ties amo, quoties eundem *cum modestiâ pietatem*, *lingua-*
rum peritiam cum utroq; dicendi genere, & *Philosophia no-*
titiam cum Theologiæ amore, *pulchro sanè virtutis & artis*
connubio, jungere, & ut in Ecclesiâ Christi aliquando sit or-
 ganon selectius, disciplinarum instrumentalium usum ad
 Theologiæ cathedram asciscere, publicâq; in luce non in-
 decore versari, video, svadeo, collaudo. Horum specimen in
 istâ edetur panegyri. Proinde ut ejusdem verba eruditis
 Auditorii splendidioris animis influant, luventutis vero, vir-
 tutis amore accensæ, sitim expleant, toti optamus. Agite
 bonarum literarum *Magnifici Patroni, Promotores &*
Fautores omnium ordinum ac dignitatum honora-
tissimi, date hoc divino Spiritus honori, Gymnasii laudi
 & Juventutis, pietati & bonis literis dedite, amoris, ut ho-
 rulam tot expeditionibus publicis ereptam nostræ usuræ
 concedatis, vestraq; præsentâ splendidâ Studiosæ Juventutis
 ardorem, vestri favoris percupidum, ad virtutem & indu-
 striam suscitatis. Ex quo id fructus in vestram quoq; redun-
 dabit Rempublicam & Ecclesiam, ut ex hoc sapientiæ semi-
 nario plantas vestro usui & ornamento cum Deo & die
 proficuas, vobis polliceri possitis. Florantissima verò no-
 stra luventus sui voti memor & officii, quam in aliis frequen-
 tiam & attentionem sibi exoptat, eam commilitoni svavif-
 simo, exhibebit, nobiscum Deum in voa vocatura, ut bo-
 narum literarum incrementum cælesti biet favonio, terram-
 que nostram bellicis obrutam tumultibus pacis serenitate
 & constantiâ sopiat & soletur. PP. 70. Jun. A. 1657.

1036 *anf*

SLUB DRESDEN



3 3294417

1036 ↑

